Omnia vasa coquendi ... patella coquula dicuntur. Olla dicta pro eo quod ebulliat in ea aqua igne subdito ut altius vapor emittatur.

vnde et bulla dicitur que in aqua uenti in
tus spiritu sustentatur. Patella quasi patula
olla est enim oris patentioribus. Caccabus
et cucuma a sono feruoris cognominantur.
Lebetes enee sunt grece uocate. Sunt
enim olle minores in usu coquendi parate.
Sartago a strepitu soni uocata cum arden
tia oleum. Tripedes uocate eo quod tribus
pedibus consistunt. Has greci chitropo
des uocant. Chola a sui rotunditate uo
cata ut mala pomorum sic igitur. Di
ctum quod ibi tunat fermentum quasi curuifru.
Rotabulum dictum a proruendo stercora ig
nium panis coquendi gratia. ¶ Focum a fo
uendo ignem dicunt antiqui appellauerunt
focum. Fos enim grece latine ignis est.
Lucerna a lichno dicta est. Lichnus autem quasi
lucinus quia lucem prebeat est enim cande
la lucens. Cereus a cera nomen habet
ex qua formatur. Lucernaria pendentia
lumina quasi lucernaria i. macre lucer
na. Funalia dicuntur que intra ceram sunt
dicta a funibus quos ante usum papiri
cera circumdatos habuerunt maiores. Funalia
autem greci stolares dicunt quod sunt stole
est mortis. Lampas flamma est in uitice
lucens dicta quod lambentis modum oste
ndat. Facula dicta est facibus factarum
diminutiua facula. Lanterna inde
uocata quod lucem intus habeat clausam
fit enim ex uitro recluso intus lumine
ut uenti flatus adire non possit et ad
prebendum lumine facile undique circumferatur.
Lucubrum uocatum quod luceat in umbra
est enim modicus ignis que solet ex te
nui stupa cera circumformari. Pira est que
in modum are ex lignis construi so
let ut ardeat. Pir enim ignis dicitur. R
ogus est ipsorum lignorum congeries cum
modum ardet. Rogatus est cum ar
dere cepit. Bustum uero iam combustum
uocatum. Ca. xxxi de uasis repositoriis

Gazophilacium archa est ubi
colliguntur in templo ea que ad in
digentiam pauperum mittuntur. Ga
za enim lingua persarum thesaurus. Filaci
on grece custodia interpretatur. Archa dicta
quod arceat uisum atque prohibeat. Hinc
et arcanum hoc et archanum i. secretum
unde ceteri arcentur. Fiscatum grece ar
cham dicunt. Loculus ad aliquid ponendum
intra se locus seu ad uestes uel pe
cunias custodiendas unde et pro dimi
nuendo dicitur. Arcula dicta est. Sacci
a sacco dictus eo quod conpacto tunsicatur
quasi saccus. Marsupium sacculus nummorum
quem greci marsippa. Fiscarie nautarum

sunt alias quod sunte sunt appellate pu
losi dictum quod aliquid intus teneat in
uolutum. Fiscus sacculus est publicus
unde et fiscelle et fiscine dicuntur. Hinc
sunt coactores qui mittunt debitum
publicum quod redditur regibus. Fiscus autem
sine primus est diminutiuum fiscina dimi
nutiuum fiscella. Canistra fiscelle cannis con
texuntur unde et uocabulum. Alii grecum
asserunt. Cistella a costis ex canna
uel lignis quibus contexitur nominata.
Cophinus est uas ex uirgultis aptum ad
purgare stercora et terram portare de quo dicit
psalmista. Manus eius in cophino ser
uierunt. Sportus autem cophinus quasi cannis
i. quasi cannis. Sporta a sporto dicta uel
ab portando sicut quidam uolunt pu
us enim ab sporto pro portabant. Ca. xxx
ii de lectis et sellis uehiculis ac ceteris que in
usu habentur

Lectus a lectis herbis uocate. Grabatum grecum est dictum
inclinati uel reclinati capitis
suscepto. Fatria enim apud poeticos ca
put dicitur. Sponda autem est exterior
pars lecti pluteus interior. Genuales
lecti ipse sunt qui sternuntur nubentibus
dicta aut a genialibus. Cu
nabula sunt lectuli in quibus infantes
iacere consueuerunt dicta quod pueri adhibe
antur quasi cunabula nam cune est gre
ce cuius effectum dicitur inco quod inco mor
tu. Fanna sunt que lectis alcoribus
apponuntur dicta aut abscondendo i. as
cendendo. Hinc et scabella que lectis
prius uel sellis obascensum apponuntur.
Scabellum autem et suppedaneum di
ctum est inquo reges sedent. Apter
tutelam corporis sui firmi quondam a so
liditate dictum quasi solidum. Sella quasi
sedda et subsellia quasi subsedia. Tripo
des scamnella sunt habentes tres pedes.
¶ Carru a currendo rotarum dictum unde
et currus dicta quod rotas habere uidentur. Ro
ta autem dicta quod ruat. Rotundum anota
uocant. Reda genus uehiculi quatu
or rotarum has antiqui rotas dicebat
ut quod habent rotas. Carpentum pa
rum uehiculi genus quasi carrum po
patium plaustrum uehiculum genus quod
torquetur duarum rotarum quibus onera de
feruntur idem plaustrum quia uoluitur
quasi pilastrum. Carrucum uehiculum
altissimarum rotarum quasi carrum acu
tum. Capsus carruca undique contec
ta quasi capsa. Pilentum uel pile storum
contecta quatuor rotarum uehicula quibus
matrone olim utebantur. Basterna ue

sicut itineris quasi vestigia mollibus stramentis composita ad nobilium animalium deportationem. Calamistrum acus est que calefacta et adhibita calefiunt et intorquentur capillos unde et calamistrati appellantur qui comam torquent. Hec loquendo dicta quod ibi horas legamus i. colligamus. Actor. Hec et alia plura inepta dimittentes ingrediendi superius positum ad armaturam pertinent. Armatura tamen ipse videtur dici armorum [illegible] Capitulum xxxiii de armis

Arma generaliter omnium rerum instrumenta sunt unde et ubi reponuntur armaria dicta sunt. Item arma et tela omnium generum [illegible]. Arma sunt quibus ipsi tegimur. Tela sunt que emittimus. Nam arma duplicia sunt i. vel quibus ferimus vel quibus tegimur. Arma autem ipse dicta sunt eo quod armos tegunt. Gladius generaliter dicitur ensis amplius [illegible] ensis fertur gladius non [illegible] ipsa cute appellatus gladius quod gulam dividat i. [illegible] secet. Ad hoc enim primum factus est. Iam cetera membra ferientibus magis [illegible] colla gladio tamen. Acies gladii ab acumine dicta. Capulus vocatus vel quia capulus est gladii vel quia ibi capitur ut teneatur. Nam alias acies ferri non [illegible] non tamen gladii est sed cuiuslibet teli acumine dictus a longitudine. Nam magon greci longum vocant. Hinc et macra. Machera autem est gladius longus [illegible] una acutus. Framea vero gladius est ex utraque parte acutus quem vulgo spatam vocant. Ipsa est et rumphea. Framea autem dicta quia ferrea est. Spata a passione dicitur greco verbo. Alii spatam latine autumant dictam eo quod spaciosa sit i. lata et ampla. Pugio a pugnando et transfigendo vocatus est. Est enim gladius utrimque acutus lateri adherens [illegible] et [illegible] dictum quod [illegible] ad [illegible]. Sica a secando dicta est. Est enim gladius brevis quo maxime utuntur [illegible] apud Italos latrocinia agerent [illegible] sicarios [illegible]. Signa sunt que ante [illegible] quas [illegible] [illegible] et ea signa portant [illegible] aut [illegible] belli aut [illegible] gladiorum. Capitulum xxxiiii de hastis et clipeis

Hasta est contus cum ferro. Cuius diminutivum facit hastilia. Nomen ab astu sumpsit. [illegible] Contus telum [illegible] tus ferrum non habet sed tantum cuspide acutum est. Contus autem quasi contum [illegible]. Est enim conti acuta rotunditas ve-

nabula dicta quasi venatui habilia vel quasi venientem excipiunt quasi excipibulia. Excipiunt enim apros exspectant et leones irritant [illegible] sit tamen firma manibus. Lancea est hasta hamatum habens in medio. Dicta autem lancea quod equa lance i. equali amento ponderata vibretur. Amentum vinculum est iaculorum hastilium quo medium hastis aptatur. Clava est qualis fuit Herculis dicta quod sit clavis ferreis invicem religata et cubito semis facta in longitudine. Falarica est telum ingens torno factum habens ferrum cubitale et rotunditatem de plumbo in modum spere in ipsa summitate. Dicitur etiam et ignem habere affixum. Hoc autem telo pugnatur de turribus quas dici phalas manifestum est. Pila sunt arma iaculorum atque telorum a torquendo vel emittendo vocata. Quinque longe iaci pertinet quicquid alicunde dicatur. Gladius ipse aut telum a longitudine dicitur. Unde et [illegible] dictus quod longior sit quam unus. Cuspis hastilis hamatum a cespite dictus quod est [illegible]. Clipeus est scutum maior dictus a celando quod celet corpus periculisque [illegible] nam apud [illegible] [illegible] appellatus enim suo defensione ab hastis iaculis corporibus [illegible]. Clipeus autem pedium est scutum equitum. Scutum appellatum eo quod excubitat telorum ictus ut enim telis resistat clipeus ante fertur. Umbo scuti pars media est quasi umbilicus [illegible] [illegible] alle vocatur scutum breve dictum ab [illegible] tipone quod sit ab omni parte velut in casu ac rotundum pelle scutum [illegible] in modum lune medie. [illegible] scutum lorem sine ligno quo utuntur [illegible] manum. Lorica vocata eo quod loris careat. Solis enim cingulis ferreis extexta est. Squama est lorica facta laminis ferreis aut aureis aeris concatenata in modum squame piscis et ipso splendore squamarum et similitudine nuncupata. De galeis et spoliis lorice et tegumentis. Cassis de lamina, galea de corio. Nam galerum [illegible] dicunt. Apex est quod in summa galea eminet quod figitur [illegible] qui [illegible] conum vocant. Capitulum xxxv

Sagitta de sagittis et fundis et machinis. Sagitta a sagaci iactu i. veloci ictu vocata. [illegible] pennis enim fertur quasi avis vel celeriter mortes procurat. Ad hominem [illegible] [illegible] [illegible] est. Spicula sunt sagitte vel lancee [illegible] ab spica dictum [illegible] nuncupatur. Scorpio sagitta venenata est arcu vel tormentis contorta

De hastis et clipeis Capitulum xxxiiii

Capitulum xxxv de sagittis et fundis et machinis

que dum adheserint venenum quod figit infundit; unde et scorpio nomen accepit. Pharetra sagittarum theca a ferendo iacula dicta, sicut et feretrum ubi funus defertur; quod ad ethimologiam tamen spectat, quia feretra mortem, pheretrum mortuum portat. Dolones sunt vagine lignee intra quas latent pugiones sub baculi specie. Dolones autem a dolo dicti sunt. Arcus vocatus eo quod arceat adversarium. Funda dicta eo quod ex ea fundantur, id est emittantur, lapides. Balista genus tormenti ab emittendo iacula dicta. Ballin enim Greci emittere dicunt. Torquetur enim vectibus nervorum et magna vi iacit aut hastas aut saxa. Pedes et fundibalus quasi fundens et emittens, idest balistam. Testudo valet. Deinceps cum fit armorum umbonibus inter se colligatis. Arietis nomen species dedit, eo quod tum impetu impingit muros in modum arietum pugnantium. Valide enim ac nodose arboris caput ferro vestitur, eaque suspensa funibus multorum manu ad murorum impellitur, deinde retrorsum ducta maiori impetu destinatur, sicque crebris ictibus grossum muri latus cedit cavatumque irrumpit ac fenestram facit. Contra impulsum arietis remedium est saccus paleis plenus et in eum locum demissus quo aries percutit; laxo enim saccorum sinu ictus arietis illisus mollitur. Cuniora(?) enim mollibus facilius cedunt. Plutei sunt crates corio crudo intecte que in opere faciendo hostibus obiciuntur. Ca. xxxvi de bellis

Primus bella intulit Ninus Assiriorum rex. Ipse enim finibus suis nequaquam contentus, humane societatis federe irrumpens, exercitus ducere, aliena vastare, liberos populos aut trucidare aut subicere cepit, universamque Asiam usque ad Libie fines nova servitute perdomuit. Hinc etiam studuit orbis in mutuo sanguine alterna cede grassari. Quattuor autem sunt bellorum genera, id est iustum, iniustum, civile et plusquam civile. Iustum bellum est quod ex edicto geritur de rebus repetitis aut propulsandorum hostium causa. Iniustum bellum est quod de furore, non de legittima ratione initur. Civile bellum est inter cives orta seditio et concitati tumultus, sicut inter Sillam et Marium. Plusquam civile bellum est ubi non solum cives certant, sed et cognati, quale actum est inter Cesarem et Pompeium, quando gener et socer invicem dimicaverunt. Bella itaque dicimus [illegible]tica. Sedicio est dissensio civium dicta eo quod seorsum alii ad alios eunt. Bellum igitur est totum, pugna unius diei, prelium pars pugne est. Bellum autem duellum vocatum eo quod due sunt partes dimicantium, vel quod alterum faciat victorem, alterum victum. Postea detracta littera et mutata dictum est bellum. Alii per antifrasim putant dictum eo quod sit horridum. Prelia dicuntur ab imprimendo cuspitibus hostium, unde et prelia lingua quibus una premuntur(?). Pugna vocata eo quod pugnis fuisset initio pugnantibus contendere, vel quod primo bellum pugnis incipiebat. Quattuor autem in bello aguntur: pugna, fuga, victoria, pax. Pacis vocabulum videtur a pacto sumptum. Postmodum autem pax accipitur, fedus primum initur. Fedus est pax que fit inter dimicantes, vel a fide vel a fecialibus, id est sacerdotibus, dictum. Per ipsos enim fiebant federa, sicut per seculares bella. Alii federa dicta esse putant a porca fede et crudeliter occisa, cuius mors optabatur ei qui a pace resiliisset. Virgilius: Et cesa iungebant federa porca. Federis vero indutie que indie(?) federa. Tullius de officiis l. 1°: Bellum quod ita suscipiatur ut nihil aliud nisi pax quesita videatur. Ysidorus ubi supra. Ca. xxxvii de signis bellorum

Signa bellorum dicuntur ab hiis et pugnandi et victorie receptum accipiunt symbolum. Nam quod [illegible] admonet. Veteres Romani principalia signa fuerunt aquile, dracones et pile. Aquile ideo quod eadem avis Iovis armiger auspicata fuerit. Nam dum idem Iovis adversus Titanas proficisceretur, aquilam ei in auspicio apparuisse ferunt, quam ille pro indicio victorie acceptam tutele sue auspicatus eam legioni signum dedit; quo factum est ut deinceps militum signis committeretur. Draconum signa ab Apolline morte Phitonis serpentis inchoata sunt. Deinde a Grecis et Romanis in bello gestari ceperunt. Pilam in signo constituisse fertur Augustus propter nationes sibi in toto orbe subiectas, ut magis figuram orbis ostenderet. Vexillum aliquod signum bellicum tractum nomen habens a veli diminutione, quasi velillum. Cubis(?) in mulo ac fasciculos feni manipulis milites gerebant, hinc manipuli appellantur. Manipulos autem dicunt fustes feni, quia manum impleant. Certa signa diversis picta imaginibus per militarem consuetudinem dederunt, quibus erat in confusione preliorum agnoscerent. Tessera est qua signum datur in hoste, dicta a

more quasi nocturna. Nam pagani agrestesque ad omnem usum bucinam ad compita notabant. Haec autem sicut agrestibus signum fuit. Tubam Tyrreni primum invenerunt. Postea bellicis cantibus adhibita est ut non solum grandiori pro permultu non posset. Romanis tubae clangentis attingeret auditu. Auditur autem in publicis et in omnibus festis diebus inter laudis vel gaudiis clamatores. Tuba autem dicitur quasi tophia id est cavam. Item tuba quasi tibiam. Inter tubam autem et bucinam veteres distinguebant. Nam buccina insonans sollicitudine ad bella denuntiabat. Tuba autem prelium indicabat cum primus natus est. Nam interdum canitur ut bella quuntur, interdum ut insequantur eos qui fugiunt, interdum receptui. Unde receptus dicitur quo se exercitus recipit. Classica sunt cornua quae convocandi causa erant facta et a calando classica dicebantur. Apud Amazonas autem non tubae sicut a regibus sed citharae sistro notabatur feminarum exercitus. Vegetius Renatus libro primo de re militari.

Ca. xxxviii De militari scientia

Artibus omnia constant timore sollertem eligere nos ut ita dixerim armorum docere cotidiano exercitio roborare quoniam ea eveniunt magis atque plus possunt cum in campestri meditatione prospexere docere. Nec desidere inmeditando. Scientia enim rei bellice dimicandi nutrit audaciam. Nemo facere metuit quod se bene didicisse confidit. Etenim in certamine bellorum exercitata paucitas ad victoriam promptior est. Quoniam rudis et indocta multitudo exposita semper ad caedem. Neque enim prima aut levis in acie armorum scientia sine exercitio sine peditum sagittarum bellis imbuit sine saltatum armatura quos omnes hostes docere nec locum deserere nec ordines turbare ut missile ad destinatum letum magnis viribus iaciat ut fossam ducere sudes figere novit tractare scutum et obliquis ictibus venientia tela deflectere plagam prudenter vitare audacter inferre. Sine tali institutione tyrani pugnare adversus quoslibet hostes in acie formidolosum non est sed voluptas.

Ca. xxxix Ex quibus regionibus tyrones eligendi sunt

Cum ordo depostulat ut ex quibus provinciis vel nationibus tyrones legendi sunt prima parte tractetur. Omnes nationes quae vicinae sunt soli nimio calore siccatas amplius quidem sapere sed minus habere sanguinis dicunt ac propterea constantiam ac fiduciam cominus non habere pugnandi quia metuunt vulnera qui se exiguum sanguinem habere noverunt. Contra septentrionales populi remoti a solis ardoribus inconsultiores quidem sed tamen largo sanguine redundantes sunt ad bella promptissimi. Tyrones igitur de temperatis eligendi sunt plagis quibus et copia sanguinis suppetat ad vulnerum mortisque contemptum et non possit deesse prudentia quae et modestiam servat in castris et non parum prodest in dimicatione consiliis. Nec credo potuisse dubitari aptiorem armis rusticam plebem quae sub divo et in labore nutritur solis patiens umbrae negligens balnearum nescia deliciarum ignara simplicis animi parvo contenta cibo duratis ad omnem laborum tolerantiam membris. Interdum tamen necessitas exigit etiam urbanos ad arma compelli. Qui ubi nomen dedere militiae primum laborare decurrere portare pondus et solem pulveremque ferre condiscant parco victu utantur et rustico interdum sub divo interdum sub papilionibus commorentur. Tunc demum ad usum erudiantur armorum. Et si longior expeditio emergit in angariis plurimum detinendi sunt procul a civitatis illecebris ut eo modo et corporibus eorum robur accedat et animis.

Itaque piscatores aucupes dulciarios linteones et omnes qui aliquid tractasse videbuntur longe arbitror pellendos a castris. Fabros ferrarios carpentarios macellarios et cervorum aprorumque venatores convenit sociare militiae. Honestate idoneum militem reddit verecundia dum prohibet fugere facit esse victorem.

Ca. xl Cuius etatis vel figure probandi sunt

Incipiente pubertate ad delectum togandum tyrones nullus ignorat. Non enim tantum celerius sed etiam perfectius imbuuntur quae discuntur a pueris. Deinde militaris alacritas saltus et cursus ante temptandus quam corpus aetate pigrescat. Velocitas enim est quae percepto exercitio strenuum efficit bellatorem. Staturam vero non tam staturae rationem habere quam virium et nos Homero teste qui Tydeum minorem quidem corpore sed fortiorem armis fuisse describit. Itaque qui delectum acturus est vehementer intendat ut ex vultu ex oculis ex omni conformatione membrorum eos eligat qui implere valeant bellatores. Namque non tantum in hominibus sed etiam in equis et canibus virtus multis declaratur indiciis. Sit ergo adolescens Martio operi deputandus vigilantibus oculis erecta cervice lato pectore humeris musculosis valentibus digitis longioribus brachiis ventre modicus exilior clunibus suris et pedibus non superflua carne

dissentientis sed in morum diuicia collatis. Tamen si in tyrone signa deprehenderis probitatem non magnopere desideres. Utilius est enim fortes esse milites quam grandes. Ca. xli de probatione et exercitatione tyronum.

Sed non statim punctis signorum scribendus est tyro delectus verum ante exercitiis pertemptandus ut utrum vere tanto operi aptus sit possit agnosci. Velocitas in illo requirenda videtur et robur et utrum armorum disciplinam condiscere valeat utrum habeat confidenciam militarem. In omni enim conflictu non tam prodest multitudo quam virtus. Signatis itaque tyronibus cotidiana exercitia armorum est demonstranda doctrina. Nichil enim firmius neque felicius neque laudabilius est res publica in qua abundant milites eruditi. Non enim vestium nitor vel auri argenti gemmarumque copia hostes ad reverenciam nostram aut ad gratiam inclinant sed solo terrore subiguntur armorum. Deinde in aliis rebus sicut ait Cato siquid erratum est potest corrigi, preliorum delicta emendacionem non recipiunt cum pena statim sequatur errorem. Militari ergo docendi sunt gradum, nichil enim magis in itinere vel in acie custodiendum est quam ut omnes simul incedendo ordinem servent. Quod aliter non potest fieri nisi ut exercitio ambulare celeriter et equaliter discant. Periculum enim ab hostibus semper gravissimum sustinet divisus et inordinatus exercitus. Militari ergo gradu viginti milia passuum horis quinque dumtaxat estivis conficienda sunt. Cursu quoque addiscendi iam tyrones sunt cuius spacium non potest diffiniri sed et cursu pariter assuefaciendi sunt iuniores ut maiore impetu in hostem procurrant, ut loca opportuna celeriter cum usus advenerit occupent, ut ad explorandum alacrius pergant, alacrius redeant, ut fugiencium terga facilius comprehendant. Ca. xlii de exercitatione corporis.

Ad saltum etiam quo vel fossatum transiliunt vel impediens aliqua altitudo superatur exercendus est miles ut cum eiusmodi difficultates evenerint possint sine labore transire. Natandi usum estivis mensibus omnis equaliter debet tyro condiscere. Non enim semper pontibus flumina transeunt sed et recedens et insequens natare cogitur frequenter exercitus. Non solum autem pedites sed et equites ipsos et equos vel lixas quos galearias vocant ad natandum exercere percommodum est. Palum de vimine in modum cratium conrotundata tyrocinia scuta videmus que clavas ligneas contra illum palum tamquam adversarium tyro cum cratione illa et clava velut cum gladio se exercebat et scuto et nunc quasi caput aut faciem peteret, nunc a lateribus minaretur, interdum contenderet poplites et crura succidere, recederet, assultaret, insiliret, quasi presentem adversarium sic palum omni impetu, omni bellandi arte temptaret. Cavenda est cum quo ius impetu veniat ne sic ingruens sufficiat cum et armis vitalia defendant. Caesim ad contra puncta vero est ut vitalia penetret quam quod vix figitur. Deinde dum caesa infertur brachium dextrum latusque nudatur, puncta autem tecto corpore infertur et adversarium sauciat antequam videat. Castilia quoque tyrones adversum illum palum tamquam adversus hominem iactare compellit. Ea enim exercitio et lacertis robur accrescit et iaculandi usus atque peritia. Ca. xliii ad idem de eodem.

Item pars tyronum arcubus ligneis sagittisque lusoriis exercenda est sed ad palos et doctores ad hanc rem artifices eligendi et maior adhibenda sollercia ut arcum scienter teneant et fortiter impleant ut sinistra fixa sit, ut dextra cum ratione ducatur, ut ad illud quod feriendum est oculus pariter animusque consentiat, ut sive in equo sive in terra rectum sagittare doceantur. Ad lapides vero vel manibus vel fundis iaciendos exerceri diligenter convenit iuniores. Fundarum usum primi Balearium insularum habitatores invenisse et ita perite exercuisse dicuntur ut matres parvos filios nullum cibum contingere sinerent nisi quem ex funda destinato lapide percussissent. Sepe enim adversum bellatores cassidibus cataphractis loricisque munitos teretes lapides de funda vel fustibalo destinati sagittis sunt omnibus graviores cum membris integris letale tamen vulnus inportent et sine invidia sanguinis hostis lapidis ictu intereat. Fundam portare nullus est labor et interdum evenit ut in lapidosis locis conflictus agatur aut mons sit aliquis defendendus aut collis aut ab oppugnatione castellorum sive civitatum lapidibus barbari fundisque pellendi sunt. Pondus quoque baiulare et iter facere gradu militari frequentissime cogendi sunt milites quibus in arduis expeditionibus necessitas imminet annonam pariter et arma portandi. Nec hoc credatur esse difficile si usus accesserit.

Nichil enim est quod non assidua meditatio facillimum reddat. ¶ Semper ergo tegendi et contegendi sunt iuniores; utilius enim esse constat erudire armis suos quam alienos mercede conducere.

Cap. xxiiij de munitione et ordinatione castrorum

Castrorum quoque munitionem debet tyro condiscere. Quippe si recte constituta sunt castra, ita intra vallum securi milites dies noctesque peragunt, etiam si hostis obsideat, quasi muratam civitatem videant secum ubique portare. ¶ Castra presertim vicino hoste tuto semper facienda sunt loco, ubi lignorum et pabuli et aque suppetat copia; et si diutius commorandum sit, loci salubritas eligatur. Cavendum etiam ne mons sit vicinus ut altior, qui adversariis captus possit officere. Considerandum etiam ne torrentibus inundari consueverit campus, et hoc casu in paciatur exercitus preiudicio. Aut militum vel impedimentorum munienda sunt castra, ne maior multitudo constipetur in parvis, neve paucitas in maioribus ultra quam oportet cogatur extendi. Interdum autem quadrata, interdum trigona, interdum semirotunda, prout loci qualitas aut necessitas postulaverit, castra facienda sunt. Porta autem que appellatur pretoria aut orientem spectare debet aut illum locum qui ad hostes respicit, aut si iter agitur, illam partem debet attendere ad quam est profecturus exercitus; intra quam prime centurie, hoc est cohortes, papiliones tendunt et dracones et signa constituunt. Decumana autem porta que appellatur post pretorium est, per quam delinquentes milites educuntur ad penam.

¶ Milites in acie dispositos ordines servent, ut vel tarde conveniat aut conglobent agmina aut laxent. Nam et constipati perdunt spatia pugnandi et sibi invicem impedimento sunt, et rariores atque interlucentes aditum perrumpendi hostibus prestant. Producendi ergo tyrones sunt semper ad campum et secundum matricule ordinem in aciem dirigendi, ita ut primo simplex extensa sit acies, ne quos sinus, ne qua habeat curvaturas, ut equali legitimoque spatio miles distet a milite. Tunc precipiendum ut subito duplicent aciem, ita ut in ipso impetu ad quem respondere solent ordo servetur. Tertio precipiendum ut quadratam aciem repente constituant; quo facto in trigonum, quem tamen vocant, acies ipsa disponenda est. Iubentur etiam ut instruant orbes, quo genere cum vis hostium interrupit aciem, resisti ab exercitatis militibus consuevit, ne omnis multitudo fundatur in fugam et grave discrimen immineat. Explicit liber primus.

Cap. xxv de partibus rei militaris

Res igitur militaris armis constat et viribus. Hec in tres partes dividitur: equites, pedites, classes. Equitum alas dicunt ab eo quod ad similitudinem alarum ab utraque parte protegunt aciem. Est et aliud genus equitum qui legionarii vocantur. Classium item duo genera sunt: unum liburnarum, aliud lusoriarum. Equitibus campi, classibus maria vel flumina, peditibus colles, urbes, plana et abrupta servantur. Ex quo intelligitur magis rei publice necessarios pedites, qui possunt omnibus locis prodesse; et maior numerus militum sumptu et impendio minore nutritur. Exercitat? ... ipsi pedites in duas divisi sunt partes, hoc est auxiliares et legiones, vel federatis gentibus qui mittebantur. Legio ab eligendo appellanda est, quod vocabulum eorum designat fidem atque diligentiam qui milites probant. In auxiliaribus minor, in legionibus longe amplior consuevit militum numerus ascribi. ¶ Greci, Dardani phalanges habuerunt, et in una armatorum octo milia censuerunt. Galli atque Celtiberi pluresque barbare nationes catervis utebantur in prelio, in quibus singulis erant sena milia armatorum. Romana legiones habent, in quibus singulis sena milia, interdum amplius militare consueverunt. Ceterum inter legiones et auxilia hoc esse videtur compendium: auxiliares cum ducuntur ad prelium, ex diversis locis venientes, nec discipline inter se nec notitie nec affectionis consentiunt, inter talia instituta alius inter eos usus est armorum. Necesse autem est tardius ad victoriam pervenire quod discrepat antequam dimicetur. Denique cum in expeditionibus plurimum prosit omnes milites unius precepti signo converti, non possunt equaliter iussa complere qui ante pariter non fuerunt.

Cap. xxvj de legionibus

Legionum nomen in exercitu permanet hodieque, sed per negligentiam superiorum temporum robur infractum est, cum virtutis premia occuparet ambitio et per gratiam promoverentur milites qui promoveri consueverant per labores. Preterea necesse est morbo aliquantos debilitari atque dimitti, aliquantos deserere vel diversis casibus interire, ut annis singulis, immo singulis mensibus, in recedentium locum minorum turba succedat; quamvis copiosus tamen exhauritur exercitus. Est et alia causa cur attenuate sunt legiones: magnus in illis labor est militandi, graviora arma, plura munera, severior disciplina. Quod vitantes plerique in manipulis festinant militie sacra percipere.

ubi et minor sudor et maturiora sunt
premia. Omnibus auctoribus invenitur
singulos consules adversum hostes co-
piosissimos non amplius quam binas du-
xisse legiones additis auxiliis soci-
orum. Tanta in illis erat exercitatio tanta
fiducia ut cuivis bello due legiones sic-
(?) crederentur sufficere posse. Quapropter
ordinationem legionis antique secundum normam
militaris iuris exponam. Capitulum quintum. Modus

constituendi legionem.

Diligenter lectis iunioribus animis corporibus-
que prestantibus, additis etiam exerci-
tiis cotidianis, punctis milites scripti
cum matriculis iusti iurare solent per
deum et Christum et spiritum sanctum et per maiestatem im-
peratoris, que secundum deum generi humano di-
ligenda est et colenda. Deo enim vel priva-
tus vel militans sunt, cum fideliter eum
diligit qui deo regnat auctore. Iurant
autem milites omnia se strenue facturos
que preceperit imperator, numquam deserturos
militiam nec mortem recusaturos pro
romana re publica. Sciendum est autem in
una legione x cohortes esse debere. Sed
prima cohors reliquas et numero militum et
dignitate precedit. Nam genere atque in-
stitutione litterarum viros electissimos que-
rit. Hec enim suscipit aquilam, que precipu-
um signum semper in romano est exercitu
et totius legionis insigne. Hec imagines
imperatorum, hoc est divina et presentia signa,
veneratur. Habet pedites mille centum quinque
milites, equites loricatos centum triginta
duos, et appellatur cohors miliaria. Itaque
x cohortibus legio plena fundatur que
habet pedites sex milia centum, equites sep-
tingentos triginta. Habet preterea legio
fabros tignarios structores carpentari-
os ferrarios pictores reliquosque artifi-
ces ad hibernorum edificia fabricanda, ad
machinas turres ligneas ceteraque quibus
vel expugnantur adversariorum civitates vel
defenduntur, ipse apparatus si cum erit cura
propria ut quicquid exercitui necessarium videba-
tur deesset nequaquam usque eo ut etiam
cuniculares haberent, qui more bessorum ducto subter-
raneo cuniculo murisque intra fundamenta perfossis
inprovisi emergerent ad urbes hostium capi-
endas. Ex hiis igitur apparet legionem
bene institutam quasi munitissimam esse ci-
vitatem, que omnia prelio secum ubique por-
taret nec metueret repentinum hostium
supervenientium. Nam et lignum ferum aquam stramen
et iam legittimum milites necessaria
portabant. Habet etiam legio tubi-
cines cornicines bucinatores, quotiens ad
aliquod opus exitus fuerit, soli milites
tubicines canunt. Quotiens movenda
sunt signa vel iam mota figenda sunt
cornicines canunt. Quotiens autem pug-
natur et tubicines et cornicines canunt
pariter. Classicum etiam appellatur quod
bucinatores per cornu canunt, hoc insigne
ne videtur imperii, quia classicum canitur
imperatore presente vel cum in militem
capitaliter animadvertitur, quia hoc ex impera-
toris legibus fieri necesse est. Hec autem
fiunt ut in ipsa pugna secundum eos ab
tempore milites sive stare sive sequi
vel redire preceperint duces. Capitulum sextum.

De centuriis et earum

Priores antiqui, quia sciebant in acie commisso bel-
lo celeriter ordines acies que tur-
bari atque confundi, ne hoc posset accidere,
decem cohortes in centurias diviserunt
et singulis centuriis singula vexilla
constituunt, ita ut ex qua cohorte et
vel quota esset centuria in illo vexil-
lo litteris esset ascriptum, quod intuentes
vel legentes milites in quantovis tumul-
tu a contubernalibus suis aberrare non
possent. Centuriones insuper transversis
cassidum cristis litteras habeant ut fa-
cilius noscerentur quas singulas iussit
centurias gubernare. Rursus ipse cen-
turie in contubernia divise sunt ut de-
cem militibus sub uno papilione de-
gentibus unus qui preerat decanus ca-
put contubernii nominaretur. Contuberni-
um a manipulos vocabant ab eo
quod iunctis manibus pariter dimicabant.
Quemadmodum autem inter pedites centu-
ria vel manipulus appellatur, ita in-
ter equites turma dicitur et habet una tur-
ma equites triginta duo. Huic qui
preest decurio nominatur. Preterea sicut cen-
turio eligendus magnis viribus
procera statura qui animo ac(?)cen-
dit armature regulas, sobrius
agilis magis exfacienda que ei im-
perantur quam ad loquendum paratus contu-
bernales suos ad disciplinam retineat,
ad armorum exercitium cogat. Similiter eligen-
dus est decurio qui turme equitum
preponatur, imprimis habili corpore ut lo-
ricatus et armis circumdatus cum
summa admiratione equum possit ascen-
dere, equitare fortissime, conto scienter
uti, sagittas doctissime mittere, turma-
les suos erudire ad omnia que eque-
stris pugna deposcit, eosdem cogere
loricas suas vel catafractas contos
et cassides frequenter tergere curare simi-

unum cum ceteris hostibus armorum splendor importat. Quis credat militem bellicosum cuius dissimulatione situ ac rubigine arma foedantur. Et non solum autem equites sed etiam ipsos equos assiduo labore convenit edomari. Sequitur in libro iii°. Ca. xv de constructione acierum ad pugnam

Igitur qui desiderat pacem praeparet bellum. Qui victoriam cupit dimicet arte non casu. Nemo provocare nemo audet offendere quem intelligit superiorem esse si pugnet. Sequitur in libro ii°. Nunc qualiter instruenda sit acies si pugna imminet declaratur unius legionis exemplo. Equites locantur in cornibus. Acies peditum a prima cohorte incipit ordinari in cornu dextro. Huic cohors secunda coniungitur. Tertia in media acie collocatur. Huic annectitur quarta. Quinta vero sinistrum suscipit cornu. Sed ante signa et circa signa necnon etiam in prima acie dimicantes principes vocabantur, hoc est ordinarii ceterique principales. Haec erat gravis armatura quia habebant cassides catafractas ocreas scuta spatas plumbatas missilia. Itaque prima acies principum, secunda hastatorum armis talibus docetur instructa. Post hos erant ferentarii levis armatura, scutati, sagittarii, funditores. Secunda acies similiter armabatur, in qua consistentes milites hastati vocabantur. Sed in secunda acie dextrum cornu cohors sexta tenebat cum [illegible]. Septima, octava mediam aciem tenebat, nona continente. Decima in secunda acie sinistrum semper obtinet cornu. Post has autem acies triarii cum scutis catafractis et galeis ocreati cum gladiis semispathiis plumbatis binis missilibus locabantur qui genu posito subsidebant ut si primae acies vincerentur ab his quasi de integro reparata pugna possit sperari victoria. Omnes autem signiferi vel signiferi quamvis pedites loricas minores accipiebant et galeas ad terrorem hostium ursinis pellibus tectas. Ca. xvi de modo congrediendi

Commisso bello prima ac secunda acies stabat immota. Triarii quoque residebant. Ferentarii autem armaturae, iaculatores, sagittarii, funditores, hoc est leves armaturae, adversarios provocabant ante aciem praecedentes. Si hostes fugare potuissent persequebantur, si eorum virtute aut multitudine premebantur, revertebantur ad suos et post eos stabant. Excipiebat autem proelium gravis armatura et tamquam murus ut ita dicam ferreus stabat et non solum missilibus sed etiam gladiis comminus dimicabat. Et si hostes fugassent non persequebantur gravis armatura, ne aciem suam ordinationemque turbarent et ad dispersos revertentes hostes incompositos opprimerent, sed levis armatura cum funditoribus sagittariis et equitibus fugientes sequebantur inimicos. Hac dispositione atque cautela sine periculo legio vincebat aut superata servabatur incolumis quia legionis ius est facilem nec fugere nec sequi. Hoc quoque institutum est ut ordinatio quod milites consequuntur dimidia pars sequestraretur apud signa et ibidem ipsis militibus servaretur ne per luxuriam aut inanium rerum comparationem a contubernalibus possit absumi. Plerique enim homines et praecipue pauperes tantum erogant quantum habere potuerint. Deinde qui sumptus suos scit apud signa deponi de deserendo non cogitat, magis diligit signa, pro illis in acie fortius dimicat, in quibus suam videt positam substantiam. Hoc ideo apud signiferos in cophino servabatur. Ideo signiferi non solum fideles sed etiam litterati homines eligebantur qui et servare deposita et scirent singulis reddere rationem. Ca. xvii de exercitatione militum

Legionis ordinatio nunc digesta ad exercitium revertetur unde exercitus nomen accepit. Iuniores quidem et novi milites mane ac post meridiem ad omne genus armorum exercebantur. Veteres autem et eruditi semel in die. Neque enim longitudo aetatis aut annorum numerus artem bellicam tradit sed continua exercitationis meditatio. Nam quamlibet ipse usu acquiritur corporis arma feriendi hostem seque protegendi. Illud non in aliis est ut servare ordines discant ut ordinem in ipsa proelii [illegible] figure committentur. Ad palum quoque vel sudibus exerceri percommodum est insurgere tirones [illegible] nunc gestiendo assurgere tum saltu nunc cedentes retro resilire. Missilibus etiam palos ipsos procul ferire meditentur ut et ars dirigendi et dextera virtus possit accrescere. Sagittarii vel funditores scopas hoc est fruticum vel straminum fasces pro signo ponebant ut sagittis vel etiam lapidibus ex fustibalo destinatis signum saepius tangerent. Propter sine trepidatione in acie faciebant quod ludentes in campo fecerant semper. Exerceri autem non solum hibernis diebus sub tecto plurimumque [illegible] exerceri cogebantur ne intermissa consuetudo et animos militum debilitaret et corpora. Silvam

cedere portare onera consuescunt fossas facere natare in mari sive in fluminibus gradu pleno ambulare vel currere etiam armatos cum sarcinis suis frequentissime convenit ut cotidiani laboris usus in pace difficilis non videatur in bello. Nam quemadmodum bene exercitatus miles prelium cupit ita formidat indoctus. Postremo sciendum est in pugna usum amplius prodesse quam vires. Artifices etenim ab exercitiis non recedunt pro laude vulgi [?]; milites sacramento lecti cessare non debent cum pugnandum est pro salute rei publice et libertate communi. Postremum cum antiqua sit prudentia quod singule omnes artes in meditatione consistere [?] ...

Capitulum ij de sanitate quomodo exercitus gubernanda

Exercitus dicitur tam legionum quam etiam auxiliorum necnon et equitum ad gerendum bellum multitudo collecta. Sanitas custodiatur exercitus locis aquis tempore medicina exercitio. Locis ne in pestilenti regione iuxta morbosas paludes neve aridis et sine opacitate arborum campis aut collibus neve sine tentoriis estate milites commorentur, ne egressi tardius calore solis et fatigatione itineris contrahant morbum, sed potius in estate luce cepto itinere ad destinata perveniant; ne seva hyeme iter per nives ac pruinas noctibus faciant aut lignorum patiantur inopiam aut minor illis vestium suppetat copia. Nec sanitati enim nec expeditioni idoneus miles est qui algere compellitur. Nec putridis vel paludosis aquis utatur exercitus, nam pestilentiam bibentibus generat. Iam vero casibus egri contubernales opportunis cibis reficiantur ac medicorum arte curentur. Qualem enim cum hiis agitur quibus necessitas et belli incumbit et morbi. Sed rei militaris periti plus cotidiana armorum exercitia ad sanitatem militum putaverunt prodesse quam medicos. Ex quo intelligitur quam studiosius armorum arte docendus sit semper exercitus, cum ei laboris consuetudo et in castris sanitatem et in conflictu possit parare victoriam. Si autem autumpnali estivoque tempore diutius in hiisdem locis militum multitudo consistat, ex contagione aquarum et odoris ipsius feditate viciatis haustibus et aere corrupto perniciosissimus nascitur morbus, qui prohiberi non potest aliter nisi frequenti mutatione castrorum.

Capitulum iij de alimonia providenda atque servanda

Sepius penuria quam pugna consumit exercitum et ferro sevior fames est. Deinde reliquis casibus potest in tempore subveniri; pabulatio et annona in necessitate remedium non habent nisi ante condantur. In omni expeditione unum est et maximum telum ut tibi sufficiat victus, hostes frangat inopia. Ante igitur quam inchoetur bellum de copiis expensisque sit provincias quas annonarialibus consuetudo deposcit et opportunis ac munitissimis locis amplior semper modus quam sufficiat aggregetur. Si quando autem civitas [?] gemmat [?] obsidio, sepe fit longior quam putatur, cum adversarii etiam ipsi esurientes circumsedere non desinant quos fame sperant esse vincendos. Preterea quicquid in pecore vel quacumque fruge vinoque hostis inferens bellum ad victum suum poterit occupare, non solum admonitis per edicta possessoribus sed etiam coactis per electos prosecutores ad castella idonea et armatorum presidiis firmata vel ad tutissimas conferendum est civitates, urgendique ut ante irruptionem se et sua menibus condant. Reparatio etiam murorum tormentorumque omnium ante curanda est. Nam si semel hostis prevenerit occupatis metu omnia turbantur, et que ex aliis urbibus petenda sunt interclusis itineribus denegantur. Sed fidelis horreorum custodia et erogatio moderata consuevit sufficere pro copia, precipue si ab initio provideatur. Ceterum sera parsimonia est tunc servare cum deficit. Hyeme lignorum et pabuli, estate aquarum vitanda est difficultas; frumenti vini aceti vel etiam salis omni tempore necessitas declinanda, ita ut urbes atque castella ab hiis militibus qui minus prompti inveniuntur in acie armis defendantur propriis que vitentur ne adversariorum dolo atque periuriis decipiantur. Provincialium enim tanta simplicitas frequenter cum contrariorum pactis simulatis credulis qui arma nocuerunt.

Capitulum iiij de seditione militum precavenda

Interdum movet tumultum ex diversis locis collectus exercitus et cum pugnare nolit irasci se simulat cur non ducatur ad bellum; quod hii precipue faciunt qui in sedibus otiose deliciose vixerunt. Nam asperitate insoliti laboris offensi, quem in expeditione necesse est sustinere, ... Cui vulneri multiplex medicina consuevit apponi. Dum adhuc separati sunt et in sedibus suis, tribunorum vicariorum etiam principiorum [?] et omnium disciplina artissima severitate teneantur, nec quicquam aliud nisi devotionem moderationem custodiant. Campicursionem inspectionem armorum assidue faciant, nomina signa observare non desinant. Ad sagittas iaciendas ad missilia dirigenda, ad iactandos lapides vel funda vel manu, ad firmaturam gestu adversarios [?] pro similitudine gladiorum punctim

exercendo multo die usque ad sudorem frequentissime detinendi, cursu etiam et saltu ad transmittendas fossas; inde in mari sive fluminibus natandi, si vicinum est, sedibus aestivo tempore ad natandum cogendi sunt, ut ita exercitati et cum diuturna exercitatione virtutis plus magis proelium desiderent optare quam otium. Nemo cogitat de tumultu qui fiduciam de arte et viribus habuerit. Illud autem debet esse attentus ut in omnibus legionibus, si qui turbulenti vel seditiosi sunt milites, non pro invidia suggerentium sed pro veritate cognoscat eosque prudentiori consilio segregatos a castris ad agendum aliquid quod ipsis videatur optabile aut ad castella urbesque deputet custodienda atque tanta subtilitate ut cum abiciuntur videantur electi. Numquam enim ad contumaciam pari consensu multitudo prorumpit, sed incitatur a paucis. Quod si ferri medicinam necessitas extrema persuaserit, rectius more maiorum in auctores criminum vindicare, ut ad omnes metus, poena ad paucos perveniat. Laudabiliores tamen duces sunt quorum exercitum ad modestiam labor et usus instituit quam illi quorum milites ad oboedientiam suppliciorum formido compellit. Ca. lv de militaribus signis.

Nichil magis ad victoriam proficit quam monitis obtemperare signorum. Nam cum voce sola inter proeliorum tumultus regi multitudo non possit, et cum pro necessitate rerum plura ex tempore iubenda atque facienda sint, antiquus omnium gentium usus invenit quomodo quod solus dux utile iudicasset per signa totus agnosceret et sequeretur exercitus. Tria itaque sunt genera signorum: vocalia, semivocalia, muta. Quorum vocalia et semivocalia percipiuntur auribus, muta vero referuntur ad oculos. Vocalia vocantur quae voce humana pronuntiantur, sicut in vigiliis vel proelio pro signo dicitur, ut puta victoria, palma, virtus, deus nobiscum, triumphus imperatoris et alia quaecumque voluerit dare is qui in exercitu habet maximam potestatem. Semivocalia sunt quae per tubam et cornu aut bucinam dantur. Tuba quae directa est appellatur; bucina quae in semet aereo circulo flectitur; cornu quod ex uris agrestibus argento nexum temperatur arte spirituque canentis flatus emittit auditum. Nam indubitatis per hos sonos agnoscit exercitus utrum stare vel progredi an certe regredi oporteat, utrum longe persequi fugientes an receptui canere. Muta signa sunt aquilae, dracones, vexilla, flammulae, tufae, pinnae. Quocumque enim haec ferri iusserit ductor, illuc est signum suum comitantes milites pergunt. Sunt et alia muta signa quae dux belli in equis aut indumentis et in ipsis armis ut dinoscatur hostis praecipit custodire. Item muto et quodam signum est quotiens proficiscente turba exercitatus pulveris ad similitudinem nubium surgit hostiumque prodit adventum. Similiter si divisae copiae sunt, per noctem flammis, per diem fumo significant sociis quod aliter non potest nuntiari. Aliqui in castellorum aut urbium turribus appendunt trabes, quibus aliquando erectis, aliquando depositis indicant quae geruntur. Ca. lvj de insidiis in itinere vigilanter cavendis.

Qui rem militarem studiosius didicerunt asserunt plura in itineribus quam in ipsa acie pericula solere contingere. Nam in conflictu armati sunt omnes et hostem comminus vident et ad pugnandum animo veniunt praeparati. In itinere minus armatus minusque attentus est miles et superveniente impetu vel fraude repentina turbatur. Ideo omni cura dux providere debet ne proficiscens patiatur incursum vel facile ac sine damno repellat illatum. Primum itineraria omnium regionum in quibus bellum geritur plenissime debet habere perscripta ita ut locorum intervalla non solum passuum numero sed etiam viarum qualitates perdiscat, compendia, diverticula, montes, flumina ad fidem descripta consideret. Praeterea sub periculo eligendum maiores duces viarum scientes quos sub custodia mancipare, addita poenae ostentatione vel praemii, ut intelligant nec fugiendi sibi copiam superesse et fidei praemium ac perfidiae parata supplicia. Ad summam caput est ut ad quae loca vel quibus itineribus sit profecturus exercitus ignoretur. Tutissimum namque in expeditionibus creditur facienda nesciri. Ob hoc veteres Minotauri signum in legionibus habuerunt, ut quemadmodum ille in intimo et secretissimo labyrintho abditus perhibetur, ita ducis consilium semper esset occultum. Sed quia exploratores adversariorum suspicionibus vel oculis deprehendunt et indicium perfugae produnt, quae non desunt duci: fidelissimos astutissimosque cum equis probatissimis mittat qui loca per quae iter faciendum est et a fronte et a tergo dextra laevaque perlustrent, ne aliquas adversarii moliantur insidias. Tutius tamen operantur exploratores noctibus quam diebus. Ne vero repentinus tumultus animos noceat, ante commonendi sunt milites ut parati sint animo, ut arma in manibus habeant, quia in necessitate subita

constituant proximi non solent esse formidini. Illud quoque vitandum ne pregnantibus festinantibus aliis tardius incedentibus interrumpatur acies ut certe tenuetur. Continuo enim hostes interruptum locum pervadunt. Preponendi igitur sunt exercitatissimi campi doctores qui alacriores retardant et pigrius incedentes accelerare compellant. Preterea nosse utrum dominum hostium consuetudinem et utrum peditibus an equitibus, utrum contatis an sagittariis amplius valeat, utrum numero hominum an armorum munitione precellant, et ordinare que nobis utilia illis docentur adversa. Interest etiam utrum per diem an per noctem iter expediat inchoari, quanta locorum intervalla sint ad que cupimus pervenire, ne estate aque penuria obsit euntibus, ne hyeme difficiles aut invii occurrant paludes maiores quoque torrentes et impedito itinere circumventus exercitus prius quam ad destinata perveniat. Capitulum

vij. De transitu fluminum arte transeundis

Transitus fluminum gravis molestie negligentibus fieri consuevit. Nam si aqua violentior aut alveus latior fuerit, impedimenta, pueros et ipsos interdum ignaviores solet mergere bellatores. Ergo explorato vado due acies equitum electis animalibus ordinantur intervallis competentibus separate ut per medium pedites et impedimenta transeant. Nam acies superior aquarum impetum frangit, inferior qui rapti submersique fuerint colligit atque transponit. At cum altior fluctus nec peditem nec equitem patitur, si per plana decurrit, ductus multifariam spargitur fossis divisus facile transitur. Navigeri vero amnes ab hostibus fixis ac suppositis tabulatis pervii fiunt vel certe tumultuario opere collectis inanibus cupis additisque trabibus transitum prebent. Expediti vero equites fasces de cannis aridis vel ulva facere consueverunt super quos loricas et arma ne madefiant imponunt. Ipsi equique natando transeunt colligatosque secum fasces pertrahunt. Sed commodius repertum est ut monoxylos, hoc est paulo latiores scaphulas ex singulis trabibus excavatas pro genere ligni et subtilitate levissimas carpentis secum portet exercitus, tabulatis pariter et clavis ferreis preparatis. Ita absque mora constructus pons et funibus qui propterea habendi sunt ut vincti lapidei arcus soliditatem prestat in tempore. Festinantes adversarii ad transitum fluminum superventus facere consueverunt. Ob quam necessitatem in utraque ripa collocant

armata presidia ne alveo intercedente divisi opprimantur ab hostibus. Cautius tamen est sudes ex utraque parte prefigere ac sine detrimento si qua vis illata fuerit sustinere. Quod si pons non tantum ad transitum sed etiam ad recursum et commeatum necessarius fuerit, tunc in utroque capite percussis latioribus fossis aggereque constructo defensores milites accipere debet quamdiu locorum necessitas postulat. Capitulum

viij. De castris oportunis locis metandis et ordinandis

Consequens videtur ab itineris observatione descripta ad castrorum in quibus manendum est venire munitionem. Non enim bellico tempore ad stativam vel mansionem civitas murata semper occurrit. In metandis castris non sufficit locum eligere bonum, ne utilior preteritus ab adversariis occupetur. Cavendum quoque ne pestilens aut morbosa vicinia aut longius sit aqua, ne hyeme pabulatio desit aut lignum, ne subitis tempestatibus campus in quo manendum est soleat inundari, ne sit abruptus et devius ac circumsedentibus adversariis difficilis prestetur egressus, ne ex superioribus locis missa ab adversariis in eum tela perveniant. Quibus caute studiosissime provisis pro necessitate loci vel quadrata vel rotunda vel trigona vel oblonga castra constitues. Nec utilitati preiudicat forma, tamen pulchriora creduntur quibus ultra latitudinis spatium tertia pars longitudinis additur. Ita autem ab agrimensoribus mensuram colligi oportet ut ad quantitatem concludatur exercitus. Nam propugnatores angusta constipant, ultra quam convenit latiora diffundunt. Statuta autem castra estate vel hyeme hoste vicino maiore cura ac labore firmantur. Prima igitur signa et castra ponuntur, quia venerabilius est maiestate militie. Deinde pretorium parant. Hinc tribunis tabernacula collocantur. Tunc per gradus legionum, equitibus expeditis, lata in quibus papiliones tendant deputantur. Ex singulis centuriis quaterni equites et quaterni pedites excubitionem noctibus faciunt. Et quia impossibile videbatur in speculis vigilantes singulos permanere, ideo in quattuor partes ad clepsydram sunt divise vigilie, ut non amplius quam tribus horis nocturnis necesse sit vigilare. A tubicine omnes vigilie committuntur et finitis horis a cornicine revocantur. Tribuni tamen probatissimos eligunt qui circueant

vigilias et remeare. Si quis curavit vel
pedites equites contra nostrorum nocturnas
excubias facere debet iudicium aut castris
positis alii mane alii post meridiem semper
fatigatum hominum equorumque angarias
faciunt. Sic pugna convenit. Ductum pro-
vide ut animalium pastura subvectio fru-
menti ceterarumque specierum aquatio lignatio
pabulatio secura ab hostium reddatur in-
cursu. Ideoque per loca idonea quo nostri
ambulant commeatus presidia disponantur.
Difficile enim hostis ad ea loca audet ac-
cedere in quibus assistente ratione novit ad-
versarios commorari. Ca. ix. quod exigit mi-
ligi possit utrum insidiis an publico mar-
te confligendum sit.

Precipue artis et utilitatis ducis est ut adhibitis
ex universo exercitu sciolis belli et
sapientibus viris de suis et hostium copiis
sepius tractet amota penitus que plurimum nocet
adulatione sive meliores numero
pugnatorum ipse an hostes habeant utrum
ipsius an adversariorum homines magis ar-
mati sint et muniti qui magis exerci-
tati qui sint in necessitatibus fortiores.
Querendum etiam utra pars equites utra pe-
dites habeat meliores et quibus utiliores
quos adduxit. Postremo loca ipsa in qui-
bus pugnandum est utrum inimicis an no-
bis videantur accommoda. Nam si equita-
tu gaudemus campos debemus optare;
si pedite loca eligere angusta fossis palu-
dibus vel arboribus impedita et aliquo-
tiens montuosa. Et magis in quibus abundat
aut desit. Nam fames ut dicitur intrinsecus
pugnat et vincit sepius quam ferrum. Contra
maxime aut tractandum utrum
expediat necessitate protrahi an celerius
dimicari. Interdum enim sperat adversarius
expeditionem cito posse finiri et si dilata
fuerit in longum aut penuria macerantur
aut desiderio suorum revocantur ad propria
aut nihil magnum faciens per desperationem
abire compellitur. Tunc fracti labore
ac tedio plurimi deserunt. Aliqui produnt
aliqui se tradunt quia adversis rebus ra-
rior fides est et nudari incipit qui
copiosus advenerat. Ducis itaque vigiliis
adhibitis consiliis de suis et adversariis co-
piis iudicet et si multis rebus superior
invenitur opportunum sibi non differat inire
conflictum. Si autem adversarium intelligat
potentiorem certamen publicum vitet. Nam pau-
ciores numero et inferiores viribus superventus
et insidias facientes sub bonis ducibus
reportaverunt sepe victoriam. Habet
aut est adiuvandum novos milites quam

vocetur peritus. Ca. x. hoc de temperatione pugne.

Premissis levioribus artibus pugne
belli ad publici conflictus incertum
fatalem discipline militaris invitat.
Hoc ergo tempore tanto magis duces debent
esse solliciti quanto maior speratur dilige-
ntibus gloria et maius periculum cunctantibus
ignavos iniquo momento peritie usus pug-
nandi doctrina consilium quod ducat. Veteribus
seculis mos fuit parco cibo curatos mi-
lites ad certamen educere ut audaciores sum-
pta esca redderet et longiore conflictu non
fatigarentur. Media precipue observandum est
exeuntibus hostibus sive castris sive
civitate producas ad solem ne dum
per angusta portarum parvulatim procedit ex-
ercitus a collectis et paratis debilitetur ini-
micis. Ideoque providendum est ut ante omnes
milites egrediantur portas aciem ordinent
antequam hostis adveniat observetur.
Et ne longo spacio fatigatum
militem neve lassis partibus cursum
quas ad publicum plerumque cogatis superare cum
recenti lassum cum requieto cur-
rente sine eo qui stetit subire conflic-
tum. Ipsa die qua dimicaturi sunt mi-
lites quid sentiant diligenter explorare.
Nam fiducia vel formido ex vultu verbis
incessu motibus cernitur. Nec confidas
satis si tyro prelium cupit. Inexpertis enim
dulcis est pugna. Et noveris te oportere
differre si exercitati bellatores metuunt di-
micare. Admonitionibus tamen et ad hortatione
ducis exercitui virtus et alacritas crescit per
quem si inimicorum ignavia vel error
auditur vel si ante ab eis superati comme-
morati. Dicenda etiam quibus militum
mentes in odium adversariorum formidolo-
siores sunt quorum mentes hostium con-
cedit aspectus sui remedio formido-
losius si antequam dimicent frequenter ex tu-
tis locis variis ordinibus videant
hostem et agnoscant. Consuescant
adversariorum arma et equos videre.
Nam que ex usu sunt non timentur.

Elaborare autem vel cautum ut in editiori lo-
cum capiat quanto melior videtur
quanto superior fuerit acceptatus. In subiec-
tos enim vehementius tela descendunt,
maiore impetu obnituntur partes altiores.
Qui adverso nititur clivo duplex
subit cum loco et hoste certamen. Ca. xiii.
de ordinanda acie.

Ordinaturus aciem tria debet ante prospicere:
solem pulverem ventum. Nam sol an-
te faciem eripit visum, ventus contrarius
tua inflectit ac deprimit hostium adiuvat

tela pulvis a fronte congestus oculos implet et claudit. Ita ergo constituuntur ordines ut hii post [illegible] sint et si potest fieri adversariorum impleant faciem. Acies dicitur exercitus instructus, frons ex adverso hostem spectat. Hec in pugna publica si sapienter disponitur plurimum iuvat. Instructi ordinis lex est ut primo exercitati veteres milites collocentur quos sub hastatos vocabant. Singuli autem armati in directum ternos pedes inter se occupare consueverunt, hoc est in mille passibus mille sexcenti sexaginta sex pedites ordinantur in longum ut nec acies interluceat et spatium sit arma tractandi. Inter ordinem autem et ordinem a tergo in latum sex pedes distare voluerunt ut haberent pugnantes spatium accedendi atque recedendi; vehementius enim cum saltu cursuque tela mittuntur. In hiis duobus ordinibus et etate maturi et usu confidentes muniti etiam gravioribus armis collocantur. Hii enim ad vicem muri nec cedere nec sequi aliquando cogendi sunt ne ordines turbent, sed venientes adversarios excipere et stando pugnandoque repellere vel fugere cogant. Tertius ordo disponitur de armaturis velocissimis, de sagittariis iuvenibus, de bonis iaculatoribus quos antea ferentarios nominabant. Quartus item construitur expeditissimis de sagittariis. Itaque stantibus primis ordinibus tertium et quartum ordinem ad provocandum cum missilibus et sagittis primo loco semper exire. Qui si hostes in fugam vertere potuerint ipsi cum equitibus persequuntur. Sin vero ab hostibus pulsi fuerint redeunt ad primam ac secundam aciem et inter ipsas recipiunt se ad loca sua. Prima autem et secunda acies cum ad pilum ut dicitur ventum fuerit totum sustinet bellum. In quinta acie ponebantur interdum carroballiste et manuballistarii, fundibulatores, funditores. Fundibulatores sunt qui fustibalis lapides iaciunt. Fustis enim longus pedibus quatuor cui per medium ligatur funda de corio utraque manu impulsus prope ad instar onagri dirigit saxa. Funditores sunt qui fundis lino vel setis factis pugnant. Has enim dicunt esse meliores. Cum contorto circa caput brachio dirigunt saxa. Sextus ordo post omnes a firmissimis et scutatis et omni genere armorum munitis bellatoribus tenebatur quos antiqui triarios appellabant. Hii ut requieti et integri acrius invaderent hostes post ultimas acies sedere consueverant. Si quid enim primis ordinibus accidisset, de horum viribus reparationis spes tota pendebat.

Magis autem expedit ut conferti pugnent quam longius separati. Nam si nimium fuerit acies tenuata cito ab adversariis facta impressione rumpitur et nullum postea potest esse remedium.

Capitulum xvi De equitibus ordinandis et subsidiis post aciem collocandis

Instructa acie peditum equites ponuntur in cornibus, ita ut loricati omnes et contati iuncti sint peditibus. Sagittarii autem vel qui loricas non habent longius evagentur. A fortioribus namque equitibus peditum protegenda sunt latera, et a velocioribus atque expeditis hostium cornua superfundenda atque turbanda sunt. Quod si equites impares fuerint, more veterum velocissimi cum scutis levibus pedites ad hoc ipsum exercitati sunt, hiisdem miscendi sunt, quos expeditos velites nominabant. Quo facto quamvis fortissimi equites hostium venerint, tamen adversum mixtum agmen pares esse non possunt. Unum hoc remedium omnes duces veteres invenerunt, ut assuescere facerent iuvenes currere egregie et inter binos equites singulos pedites collocarent cum levioribus scutis, gladiis atque missilibus.

Sed optima ratio est et ad victoriam plurimum confert ut lectissimos de peditibus et equitibus cum vicariis comitibus tribunis vacantibus habeat dux post aciem paratos, alios circa cornua, alios circa medium, ut sicubi hostes vehementer insistit ne rumpatur acies provolent subito et suppleant loca additaque virtute inimicorum audaciam frangant. Item superfluos habere debebunt post aciem de quibus cuneum aut forficem facias aut serram. Nam si de loco suo miles ordinatus cum tuis recesserit, acies universa turbabitur. Denique si globus hostium separatur aut alam tuam vel partem aliquam urgere ceperit, nisi superfluos habeas quos contra globum possis opponere, sive pedites sive equites de acie tuleris, dum alia vis defendere alia periculosius denudabis. Quod si bellatorum tibi copia non abundat, melius est aciem habere breviorem, dummodo in subsidiis colloces plurimos. Nam circa medias partes campi ex peditibus bene armatis debes habere lectissimos de quibus cuneum facias et statim aciem hostium rumpas. Circa cornua autem de loricatis contatisque equitibus ad hoc reservatis et levem armaturam peditum alas hostium circumvenire convenit.

Capitulum xvii De stationibus trium ducum in prelio

Dux qui praecipuam sustinet potestatem inter equites et pedites in parte dextra stare consuevit. Hic enim cardo est liber et praecipuus ut et consilio regere et auctoritate tam equites quam pedites ad pugnam possit hortari. Hic de equitibus supernumerarijs mixti peditibus expeditis adversariorum sinistrum cornu qui contra ipsum stat circuire debent et a tergo semper urgere. Secundus dux in media acie ponitur peditum qui eam sustentat et firmet. Hic fortissimos pedites et bene armatos de illis supernumerarijs secum habere debet ex quibus aut ipse cuneum faciat et hostium aciem rumpat aut si adversarij cuneum fecerint ipse forficem faciat ut cuneo illi possit occurrere. In sinistra parte exercitus tertius esse dux debet satis bellicosus et providus quia sinistra pars difficilior est et velut manca in acie consistit. Ideo circa se bonos equites supernumerarios et velocissimos pedites habere debet ex quibus sinistrum cornu semper extendat ne circumveniatur ab hostibus. Clamor autem quem barritum vocant prius non debet attolli quam acies utraque se iunxerint. Imperitorum enim vel ignavorum est vociferari de longe cum hostes magis terreantur si cum telorum iactu clamoris horror accesserit. Semper autem studere debes ut prior instruas aciem. Nam sic et tuis auges confidentiam et adversarijs fiduciam minuis quia fortiores videntur qui provocare non dubitant. Pars enim victoriae est inimicum turbare antequam dimices. Ca^m hoc de remedijs contra virtutem

Exceptis structuribus vel in temporibus repentinis occasione quam numquam dux exercitatus omittit. Nam in itineribus iam fatigatis in fluminum transgressione divisis in paludibus occupatis in iugis montium laborantibus in campis dispersis atque in securis in mansione dormientibus oportunum proelium semper infertur cum alijs negotijs occupati hostes prius interimantur quam praeparare se possint. Quod si cauti sunt adversarij insidiarum nulla sit copia tunc adversum praesentes scientes videntes aequa condicione pugnatur. Tamen ars belli non minus in hoc aperto conflictu quam in occultis fraudibus adiuvat eruditos. Adversum cuneum hostium certis resistitur modis. Cuneus dicitur multitudo peditum quae iuncta cum acie primo angustior deinde latior procedit et adversariorum ordines rumpit quia a pluribus in unum locum tela mittuntur. Contra quod ordinatio ponitur quam forficem vocant. Nam ex lectissimis militibus in V litteram ordo componitur et illum cuneum excipit atque ex utraque parte concludit quo facto aciem non potest rumpere. Item serra dicitur quae a strenuissimis directa ante frontem opponitur hostibus ut turbata acies reparetur. Globus autem dicitur qui a sua acie separatus vago superventu tamen incursat inimicos. Observandum quoque ne sub tempore quo committitur pugna velis ordines commutare aut numeros aliquos de locis suis aliquos in alia transferre. Statim enim nascitur tumultus atque confusio et quos imparatos conturbatosque invenerit facilius hostis invadit. Antiquos optatissimos ordines bellatores victoria cum superatos fieri consueverunt, tum etiam adversus sapientissimos nisi eis locis numeribus vires et utilitas postulat ordinentur. Plerique rei militaris ignari pleniorem victoriam credunt si adversarios aut locorum angustiis aut armatorum multitudine circumdederint ut aditum non inveniant abscedendi. Sed clausis ex desperatione crescit audacia et libenter cupit commori qui sine dubio scit se esse moriturum. Ideoque Scipionis laudata sententia est qui dixit viam hostibus qua fugerent muniendam. Ceterum clausis licet pugna minor et minorum viribus sed ipsa tamen sunt hostibus paria quia desperantes sciunt aliud sibi fieri non posse sed una salus victis nullam sperare salutem. Ca^m hoc de camelis bellicis equis cataphractis et quadrigis falcatis

Camelos aliquae nationes apud veteres in aciem produxerunt. Genus sed animalium harenis tolerabile siti aptum confusas etiam in pulvere vento vias absque errore dirigere memoratur. Ceterum praeter novitatem si ab insolitis videatur inefficax bello est. Cataphracti equites propter munimina quae gerunt a vulneribus tuti sed propter impedimentum et pondus armorum capi eos facile est. Melius est tamen ut ante legiones positi aut cum legionarijs mixti sint quando comminus hoc est manu ad manum pugnatur et acies hostium saepe rumpunt. Quadrigas falcatas in bello rex Anthiochus et Mithridates habuerunt quae ut primo magnum intulere terrorem ita postmodum fuere derisui. Nam difficile currus falcatus planum semper invenit campum et levi impedimento retinetur unoque afflicto aut vulnerato equo decipitur. Sed maxime hac Romanorum militum arte perierunt. Ubi ad pugnam ventum est repente toto campo

Ca^m hoc de camelis bellicis ...

romani tabulas abiecerunt in quos et rotes quadringentorum incidissent delete sunt. Tribulus autem est ex quatuor palis confixum propugnaculum quod quomodo abiectum tribus radiis stat recto quarto infestum est.

Ca. lxvi. de elefantis qualiter eis resisti possit

Elefanti in preliis magnitudine corporum barritus horrore forme ipsius novitate homines equosque conturbant. Adversus quos diversa resistendi excogitaverunt genera. armatorum culio in lucania gladio manum quam promuscidem vocant unus abscidit et bini catafracti equi iungebantur ad currum quibus insidentes sarisas longissimos contos in elefantos dirigebant. Nam muniti ferro nec a sagittariis quos vehebant belue ledebantur et earum impetum equorum celeritate vitabant. Alii contra elefantes catafractos milites inmiserunt ita ut in brachiis eorum et cassidibus vel humeris aculei ingentes ponerentur e ferro ne elefas bellatorem contra se venientem posset apprehendere. Precipue tamen velites antiqui adversum elefantes ordinaverunt. Velites autem erant iuvenes levi armatura corpore alacres qui ex equis optime missilia dirigebant. Hi equis pretercurrentibus ad latiores lanceas vel maiora spicula beluas occidebant. Sed crescente audacia postea collecti plures milites pariter pila hoc est missilia in elefantos congerebant eosque vulneribus eludebant. Illud additum est ut funditores cum fustibalis et fundis rotundis cum lapidibus destinatis hos per quos regebantur elephanti cum ipsis turribus affligerent atque mactarent quo nihil tutius invenitur. Preterea venientibus beluis quasi irrupissent aciem spatium milites dabant quod cum in agmen medium pervenissent circumfusis undique armatorum globis cum magistris absque vulneribus capiebantur illesi. Carrobalistas quoque aliquantum maiores hec enim longius et vehementius spicula dirigunt superpositas curriculis cum binis equis utile est ordinari cum sub ictum teli accesserint bestie sagittis balistarum transfigantur. Latius tamen contra eas et firmius prefigitur ferrum ut in magnis corporibus maiora sint vulnera.

Ca. lxvii. de quibusdam regulis bellorum generalibus

Omnes artes atque opera cotidiano usu et iugi exercitatione proficiunt. Quod si in parvis verum etiam ex toto magis decet in maximis custodiri. Quis autem dubitat artem bellicam rebus ceteris esse potiorem per quam libertas retinetur et dignitas propagatur provincie conservantur. ¶ Numquam miles in acie producendus est cuius antea experimenta non ceperit. Pares inopia aut supervenientibus aut terrore melius hostem domare quam prelio. Nulla consilia meliora sunt quam illa que ignoraverit adversarius antequam facias. Melius est post aciem plura servare subsidia quam latius militem spargere. Amplius iuvat virtus quam multitudo. Amplius prodest locus sepe quam virtus. Exercitus labore proficit otio consenescit. Numquam ad certamen publicum produxeris militem nisi cum eum videris sperare victoriam. Subita conterrent hostes usitata vilescunt. Qui dispersos suos inconsulte sequitur quam ipse acceperat hosti vult dare victoriam. Cum explorator hostium latenter oberrat in castris omnes ad tentoria sua per diem redire iubeantur statim deprehenditur explorator. Consilium tum cum cognoveris adversariis proditum dispositionem mutare te convenit. Quid fieri debeat tractato cum multis quid vero facturus sis cum paucissimis vel fidelissimis vel potius ipse tecum. Milites timor et pena in sedibus corrigit in expeditione spes ac premia faciunt meliores. Magna dispositio est hostem fame magis urgere quam ferro. Equitatus usu exercitii armorum genere equorum nobilitate proficit pedem vel ing.

Ca. lxviii. de municionibus construendis

Urbes atque castella aut natura muniuntur aut manu aut utroque quod firmius ducitur. Natura aut locorum edito vel abrupto aut circumfuso mari sive paludibus vel fluminibus. Manu fossis ac muris. In illo naturali beneficio tutissimo eligentis consilium in plano querit fundantis industria. ¶ Ambitum muri directum veteres duces noluerunt ne ad ictus arietum esset dispositus sed sinuosis anfractibus iactis fundamentis clauserunt urbes crebrioresque turres in ipsis angulis reddiderunt ut si quis ad murum tali ordine constructum vel scalas vel machinas voluerit admovere non solum a fronte sed etiam a lateribus et prope a tergo veluti in sinum circumclusus assumitur. ¶ Murum autem ut numquam possit elidi hac ratione perficitur. Intervallis vicenis interposito duo intrinsecus parietes fabricantur. Deinde terra que de fossis fuerit egesta inter illos mittitur vectibusque densatur ita ut a muro primus paries pro inferior secundus longe minor ducatur ut de plano civitatis ad similitudinem graduum quasi clivo molli

nisi per propugnacula possit ascendi quia nec murus ullis potest arietibus vinci quem terra confirmat et quovis casu destructis lapidibus ea que inter parietes densata fuit ad vicem muri ingruentibus moles obsistit. Ca. lxix de porta et fossis oppugnationibus muniendis.

Cavetur preterea ne porte subiectis ignibus adurantur. Propter quod sunt coriis ac ferro tegende, sed amplius prodest quod invenit antiquitas ut ante portam addatur propugnaculum in cuius ingressu ponitur cataracta que anulis ferreis ac funibus pendet, ut si hostes intraverint demissa eadem extinguantur inclusi. Ita tamen supra portam murus est ordinandus ut accipiat foramina per que de superiori parte effusa aqua subiectum restinguat incendium. Fosse autem ante urbes latissime faciende sunt ut nec facile possint coequari repleri que ab obsidentibus et cum aquis ceperint redundare ab adversario cuniculum continuari minime patiantur. Nam duplici modo opus subterraneum peragi prohibetur altitudine et inundatione. Formidatur autem ne multitudo sagittariorum de propugnaculis territis defensoribus appositis scalis occupet murum. Adversum quod cataphractas vel scuta in civitatibus debent habere quam plurimi. Deinde per propugnacula duplicia saga ciliciaque tenduntur que impetum excipiant sagittarum. Neque enim facile transeunt spicula quod cedit ac fluctuat. Inventum quoque remedium est ut de ligno crates facerent quas metallas vocaverunt lapidibusque complerent ea arte inter bina propugnacula constitutas ut si per scalas ascendisset hostis et partem aliquam ipsius contigisset supra caput suum vergeret saxa. Ca. lxx de casibus et certis obsidionem spectandis.

Multa defensionum oppugnationumque sunt genera que locis competentibus inseremus. Nunc sciendum est obsidionis duo esse species, una cum adversarius oportunis locis presidiis ordinatis vel aqua prohibet inclusos vel deditionem sperat a fame cum omnes prohibuit commeatus. Hoc enim consilio ipse ociosus ac tutus fatigat inimicum. Ad quos casus possessores quamvis levi suspicione pulsatis alimonias victus infra muros debent studiosissime collocare ut ipsis abundet consolatio, adversarios inopia cogat abscedere. Parum autem proficit plurimum collegisse nisi ab exordio dimensione salubri per ydoneos erogatio temperetur. Inbellis quoque etas ac sexus aut vilitate victus portis frequenter exclusa est ne penuria opprimeret armatos a quibus menia servabantur.

Bitumen sulphur picem liquidam oleum quod incendiarium vocant ad exurendas hostium machinas convenit preparari. Ad arma facienda ferrum utriusque temperature et carbones servantur. Ligna quoque hastilibus sagittisque necessaria reponuntur. Saxa rotunda de fluviis quia pro soliditate graviora sunt et aptiora mittentibus diligentissime colliguntur, quibus muri replentur et turres. Minima ad fundas sive fustibalos vel manibus iacienda, maiora per onagros diriguntur ut dimissa per preceps non solum hostes obruant subeuntes sed etiam machinamenta confringant. Rote quoque de lignis ingentissime fabricantur et ut sint volubiles levigantur, que per pronum labentes impetu suo bellatores equosque deterrere consueverunt. Trabes quoque et tabulata vel diverse magnitudinis clavos ferreos esse oportet in promptu. Nam oppugnantium machinis aliis machinis occurri consuevit, obsisti precipue cum subitis operibus addenda sit muris vel propugnaculis altitudo ne adversariorum mobiles turres superemineant et capiant civitatem. Ca. lxxi de machinis quibus impugnantur muri et primo de ariete.

Nervorum quoque copiam summo studio expedit colligi quia onagri vel baliste ceteraque tormenta nisi funibus nervinis intenta nichil prosunt. Equorum tamen sete de caudis ac iubis ad balistas utiles asseruntur. In obsidione capitolii corruptis iugi ac longa fatigatione tormentis cum nervorum copia defecisset matrone abscisos crines viris suis obtulere pugnantibus reparatisque machinis adversariorum impetum repulerunt. Maluerunt enim pudicissime femine deformato ad tempus capite libere vivere cum maritis quam hostibus integro decore servire. Cornua quoque vel cruda coria proficit colligi ad cataphractas tegendas aliaque machinamenta sive munimina. Magna urbis utilitas est cum perhennes fontes murus includit. Quod si natura non prestat cuiuslibet altitudinis effodiendi sunt putei, cisterne sunt diligentissime substruende. Si maritima sit civitas et sal defuit liquor per marini sumptus paludes aliaque patula diffunditur que calore solis duratur in salem. Quod si hostis ab unda prohibeat, nam hoc sepe accidit, arenas quas excitato vento mare superfudit aliqui colligant et dulci aqua perfundant que sole siccata nichilominus mutatur in salem. Ca. lxxii de machinis quibus impugnantur muri et primo de ariete.

Violenta impugnatio quando castellis vel civitatibus paratur mutuo utrimque periculis sed maiore oppugnantium sanguine geruntur crudelia certamina. Illi enim qui muros invadere cupiunt terrifico apparatu expositis copiis in spem deditionis formidinem geminant tubarum strepitu hominumque permixto. Tunc quia timor magis frangere consuevit insuetos primo impetu stupentibus oppidanis si discrimina non fuerint experti admotis scalis invaditur civitas. Quod si a confidentibus sive militaribus viris prima congressio fuerit repulsa statim clausis crescit audacia et iam non terrore sed viribus et arte confligitur. ¶ Adhibentur enim testudines, arietes, falces, vinee, plutei, musculi, turres. ¶ De materia ac tabulatis testudo contexitur que ne exuratur coriis vel ciliciis centonibusque vestitur. Hec intrinsecus accipit trabem que adunco prefigitur ferro et falx vocatur ab eo quod incurvata est ut de muro extrahat lapides aut certe caput ipsius vestitur ferro et appellatur aries vel quod habet durissimam frontem qua subruit muros vel quod more arietum retrocedit ut cum impetu vehementius feriat. Testudo a similitudine vere testudinis dicitur quia sicut illa modo reducit modo profert caput ita machinamentum interdum reducit trabem interdum effert ut fortius cedat.

Ca. xxiiii de vineis pluteis aggere musculis

Vineas dixerunt veteres quas nunc caualculas vocant. E lignis levioribus machina colligatur lata pedibus viii alta pedibus vii longa pedibus xvi. Huius tectum munitione duplici tabulatis cratibusque contexitur. Latera quoque vimine sepiunt ne saxorum telorumque impetu penetrentur. Extrinsecus autem ne immisso cremetur incendio crudis ac recentibus coriis vel centonibus operitur. Iste cum plures facte fuerint iunguntur in ordinem sub quibus obsidentes tuti ad subruenda murorum penetrant fundamenta. Plutei dicuntur qui ad similitudinem absidis contexuntur e vimine ciliciis vel coriis proteguntur ternisque rotulis quarum una in medio due in capitibus apponuntur in quamcumque partem volueris admoventur more carpenti quos obsidentes applicant muris eorumque munitione protecti sagittis sive fundis vel missilibus defensores omnes de propugnaculis civitatis exturbant ut scalis ascendendi facilior prestetur occasio. Aggeres autem ex terra lignisque extolluntur contra murum de quo tela iactantur. ¶ Musculos dicunt minores machinas quibus protecti bellatores sudatum auferunt civitatis fossatum etiam apportatis lapidibus lignis ac terra non solum complent sed etiam solidant ut turres ambulatorie sine impedimento iungantur ad murum. Vocantur autem a marinis beluis musculi. Nam quemadmodum illi cum minores sint tamen balenis auxilium adiumentumque exhibent ita iste machine breviores deputate turribus magnis adventui illarum parant viam itineraque premuniunt.

Ca. xxv de turribus ambulatoriis

Turres autem dicuntur machinamenta ad edificiorum speciem ex trabibus tabulatisque compacta et ne tantum opus hostili concremetur incendio diligentissime ex crudis coriis vel centonibus communita quibus pro modo altitudinis adduntur latitudines. Nam interdum tricenos pedes per quadrum interdum quadragenos vel quinquagenos late sunt. Proceritas autem ipsarum tanta fit ut non solum muros sed etiam turres lapideas altitudine superent. His plures rote mechanica arte subduntur quarum lapsu movetur tam ampla magnitudo. Presens autem periculum civitatis est si ad murum fuerit turris admota. Plures enim accipit scalas et diverso genere conatur irrumpere. Nam in inferioribus habet arietem cuius impetu destruit muros. Circa media vero accipit pontem factum de duabus trabibus septumque de vimine quem subito prolatum inter turrem murumque constituunt et per eum egredientes de machina bellatores in civitatem transeunt et occupant muros. In superioribus autem turris illius partibus contati sagittariique collocantur qui defensores urbis ab alto contis missilibus saxisque prosternant. Quo facto civitas capitur sine mora. Cum hi qui de murorum altitudine sperabant repente supra se aspiciant altiorem murum.

Ca. xxvi Qualiter earum discrimini resisti possit

Huic tam manifesto discrimini multis occurritur modis. Primum si confidentia vel virtus est militaris eruptione facta globus egreditur armatorum et vi

hostilibus pulsis machinamentis. Illud vero genus direptis coriis ignis corripit, quando oppidani, cum non audeant ad invadendum exire, ballistis malleolos vel fallaricas cum incendio destinant, ut perruptis coriis vel centonibus intra tabulata flamma condatur. Malleoli velut sagittae sunt, et ubi adhaeserint, quia ardentes veniunt, universa conflagrant. Falarica autem ad modum hastae valido praefigitur ferro; inter tubum et hastile sulphure, resina, bitumine stuppisque involvitur, infusa oleo quod incendiarium vocant, quae impetu ballistae destinata perrupto munimine ardens figitur ligneamque turrim vel machinam frequenter incendit. Deprehensi quoque homines sunt qui, cum hostes dormirent, in laternis portantes lucernas, incensis machinis rursum levarentur in murum.

Ceterum praeterea ...vi accessum machinae tenuerit, arte cementis atque lapidibus vel luto cum lateribus postremo tabulatis construendo faciunt altiorem, ne defensores moenium desuper urbi nocitura possint opprimere. At illi obsidentes hoc dolo adhibere consueverunt. Primo talem construunt turrem quae propugnaculis civitatis videatur inferior. Deinde aliam de tabulis intrinsecus turriculam fabricant, et cum muro fuerit machina sociata, subito trochleis funibusque de medio turricula illa producitur, de qua egredientes armati, quia altior invenitur, statim capiunt civitatem.

Interdum obsessi longissimas ferratasque trabes opponunt machinamque venientem a muri vicinitate repellunt. Sed cum adversus civitatis oppugnationem ab hostibus et turris ambulatoria supra murorum altitudinem ac turrium altitudinem superaret, per noctem sub fundamento muri cuniculum fodit, et illum locum ad quem die postero turris fuerat promovenda, nullo hostium sentiente, egesta terra cavavit intrinsecus, et cum rotis suis moles fuisset impulsa atque ad locum qui subter cavatus fuerat pervenisset, tanto pondere solo cedente subsedit nec iungi muris aut moveri ulterius potuit.

Ca. lxxxi. De scalis ac ceteris machinis quibus muri capiuntur.

Applicatis turribus funditores lapidibus, sagittarii iaculis, manuballistarii sagittis, iaculatores plumbatis ac missilibus eminus submovent homines de muris. Quo facto scalis appositis occupant civitatem. Sed qui scalis utuntur frequenter periculum sustinent, et ideo sambuca, exostra et tollenone obsidentes muros hostium penetrant.

Sambuca dicitur ad similitudinem citharae; nam ut in cithara cordae sunt, ita in trabibus quae iuxta muros ponuntur funes sunt, qui pontem de superiore parte trochleis laxant, ut descendat ad murum, statimque de turri in murum repente prorumpunt.

Tollenon dicitur quotiens una trabes in terram praealta defigitur, cui in summo vertice alia transversa trabes longior, quidem sed medietate, conectitur eo libramento ut, si unum caput depresseris, aliud erigatur. In summo ergo capite cratibus sive tabulatis contexitur machina, in qua pauci collocantur armati; tunc per funes imo attracto depresso alio capite elevati imponuntur in muro.

Ca. lxxxii. De balistis, onagris et ceteris quibus muri defenduntur.

Adversum haec obsessos defendere consueverunt ballistae, onagri, scorpiones, arcuballistae, fustibalesque, sagittarii, fundibalistae, fundae. Ballista funibus et nervis tenditur, quae quanto prolixiora brachiola habuerit, hoc est quanto maior fuerit, tanto spicula longius mittit. Quae si iuxta artem mechanicam temperetur et ab exercitatis hominibus qui mensuram eius ante collegerint dirigatur, penetrat quodcumque percusserit. Onager autem dirigit lapides, sed pro nervorum crassitudine et magnitudine saxorum pondera iaculatur; nam quanto amplior fuerit, tanto maiora saxa fulminis more contorquet. His duobus generibus nulla tormentorum species vehementior invenitur. Scorpiones dicebant quas nunc manuballistas vocant; ideo sic nuncupati, quod parvis subtilibusque spiculis inferant mortem. Fustibalos, arcuballistas et fundas describere superfluum puto, quae praesens usus agnoscit.

Adversum arietes etiam vel falces sunt plura remedia. Aliquanti centones et culcitas funibus callant et illis opponunt locis qua caedit aries, ut impetus machinae materia molliore fractus non destruat murum. Alii laqueis captos arietes per multitudinem hominum de muro in obliquum trahunt et cum ipsis testudinibus evertunt. Plures in modum forficis dentatum funibus alligant ferrum, quem lupum vocant, apprehensumque arietem aut evertunt aut ita suspendunt, ut impetum non habeat feriendi.

bases columpne marmoree uibrato impetu iaculantur cuiusuis arietes et confringunt.

Ca. lxxiiii De cuniculis per quos muri defodiuntur atque corrupto obsessi fugiunt

Aliud genus pugnationis est subterraneum atque secretum quod cuniculum uocant a leporibus qui cauernas sub terris fodiunt ibique conduntur. Adhibita ergo multitudine ad speciem metallorum in quibus auri argentique uenas bellatorum rimatur industria labore magno terra defoditur cauatoque specu in exitium ciuitatis inquiritur uia. Que fraus duplicibus operatur insidiis. Aut enim penetrant urbem et noctu non sentientibus oppidanis egrediuntur per cuniculum reseratisque portis suorum agmen introducunt hostesque in ipsis domibus perimunt ignorantes aut certe cum ad murorum fundamenta peruenerint suffodiunt eorum maximam partem appositis siccioribus lignis ruinamque muri tumultuario opere suspendunt sarmenta quoque insuper iungunt aliaque fomenta flammarum. Tunc igitur muris subito corruentibus irruptioni aditus patet. In mirabilibus autem declaratum exemplis sepe cesos ad internecionem hostes qui peruaserant ciuitatem quod sine dubio euenit si oppidani muros ac turres retinuerint uel altiora occupauerint loca. Tunc enim de fenestris ac tectis omnis etatis ac sexus irruentes obruunt saxis aliisque generibus telorum. Quod ne sustineant obsidentes portas ciuitatis aperire consueuerunt ut resistere desinant fugiendi potestate concessa. Necessitatis enim quedam uirtus est desperatio.

Ca. lxxv De uitandis insidiis et cautelis obsidentium et obsessorum

Frequenter dolum concinnant obsidentes ac simulata desperatione longius abeunt. Sed ubi post metum murorum uigiliis derelictis requieuerint incauti tenebrarum ac noctis occasione captata cum scalis clanculo ueniunt murosque conscendunt. Propter quod maior est adhibenda custodia cum hostis abscesserit et in ipsis muris ac turribus tuguriola collocanda in quibus uigiles hibernis mensibus ab imbre uel frigore estiuis defendantur a sole. Illud quoque usus inuenit ut acerrimos ac sagacissimos canes in turribus nutriant qui aduentum hostium odore presentiant latratuque testentur. Anseres quoque non minore sollertia nocturnos superuenientes clamoribus indicant. Nam ingressi capitolium Galli Romanum nomen euerterant ni clamore anserum excitatus Manlius restitisset.

Suis obsidionibus hostium consuetudinem explorare diligentius quibus horis aduersarii ab intentione discedant quando incautiores existant. Interdum medio die interdum ad uesperam sepe nocte aliquotiens eo tempore quo cibum capiunt partis utriusque milites ad requiem aut ad curanda corpora disperguntur. Quod in ciuitate cum ceperit fieri obsidentes astu se ab oppugnatione subtrahunt ut aduersariis negligencie licentiam tribuant. Que ipsa impunitate cum creuerit repente admotis machinis uel appositis scalis occupant ciuitatem. Et ideo in muris saxa uel tormenta ponuntur preparata ut cognitis insidiis accurrentes ad manum habeant quod super capita hostium euoluant atque iaculentur. Cum negligentia interuenit paribus insidiis obsessi subiciuntur obsidentes. Nam siue cibo siue sompno fuerint occupati siue ocio aut aliqua necessitate dispersi tunc oppidani repente prorumpunt ignorantes perimunt arietes machinas ipsosque aggeres ignibus concremant omniaque in perniciem suam fabricata opera subuertunt. Propter quod obsidentes ultra iactum teli fossam faciunt eamque non solum uallo et sudibus sed etiam turriculis instruunt ut erumpentibus ex ciuitate possint obsistere quod opus loriculam uocant.

Sed ab alto defusa missibilia siue plumbate siue lancee uel uerruta uel spicula in subiectos uehementius cadunt. Sagitte quoque arcubus misse et saxa manibus fundis fustibalisque directa quanto de excelsiore loco exeunt tanto longius penetrant. Baliste uero et onagri si a peritissimis temperentur uniuersa precedunt a quibus nec uirtus ulla nec munimina possunt defendere bellatores. Nam more fulminis quicquid percusserint aut dissoluunt aut irrumpere consueuerunt.

Ca. lxxx De naualibus preliis

Terrestris prelii rebus absolutis naualis belli reliqua ut opinor superest portio. De cuius artibus ideo pauciora dicenda sunt quia iam dudum pacato mari cum barbaris nationibus agitur terrestre certamen.

Nautarum gubernatorumque sollertia est loca in quibus nauigatur portusque cognoscere ut infesta prominentibus uel latentibus scopulis uadosa ac sicca uitentur. Tanto enim securitas maior est quanto mare altius fuerit. In nauarchis diligentia in gubernatoribus peritia in remi-

gentibus usus eligitur. Citra quam navalis pugna tranquillo committitur mari. Liburnarum quae moles non ventorum flatibus sed remorum pulsu adversarios ferit rostris eorumque rursus impetus vitat in quo ope sua remigum et ars etiam regentis ingenii victoriam prestat.

Ca. xxxi de navibus liburnis etc.

Diversae autem provinciae quibusdam temporibus mari plurimum potuerunt et ideo diversa genera navium fuerunt. Sed augusto dimicante actiaco prelio cum liburnorum auxiliis praecipue victus fuisset antonius experimento tanti certaminis patuit liburnorum naves ceteris aptiores. Liburnia namque dalmatie pars est cuius exemplo nunc naves bellice fabricantur et appellantur liburne.

Quod autem ad magnitudinem pertinet minime liburne remorum habent singulos ordines paulo maiores binos idonee mensure ternos vel quaternos interdum quinos sortiuntur remigio gradus. Quod cuiquam enorme videatur cum in actiaco prelio longe maiora referantur concurrisse navigia ut senorum etiam vel ultra ordinum fuerint. Scaphe tamen maioribus liburnis exploratorie sociantur que vicenos prope remiges in singulis partibus habent quas britanni pictas vocant. Per has et superventus fieri et commeatus adversariorum navium aliquando intercipi assolet speculandi studio adventus earum vel consilium deprehendi.

Ca. xxxii de fabrica navium liburnarum etc.

Sicut in domibus sustinendis harene vel lapidum qualitas requiritur tanto magis in fabricandis navibus diligentius cuncta querenda sunt quanto magis periculum est navem vitiosam esse quam domum. Ex cupresso igitur et pinu domestica sive silvestri larice et abiete praecipue liburna contexitur utilius ereis clavis quam ferreis configenda. Quamvis aliquanto gravior videatur expensa tamen quia amplius durat lucrum probatur afferre nam ferreos clavos tempore et humore celeriter rubigo consumit erei autem in fluctibus propriam substantiam servant. Observandum praecipue est ut a xv luna usque ad xxii arbores precidantur ex quibus liburne contexende sunt. His enim tantum octo diebus cesa materies immunis servatur a carie reliquis autem diebus precisa etiam eodem anno interna vermium exesa in pulverem vertitur quod ars ipsa et omnium architectorum doctrina cotidianusque usus edocuit et contemplatione religionis agnoscimus quam pro eternitate his tantum diebus placuit celebrari. Ceduntur autem trabes utilius post solstitium estivum id est mense iulio et augusto et per autumnale equinoctium id est usque in kalendas ianuarias. His namque mensibus arescente humore sicciora et ideo fortiora sunt ligna. Illud etiam cavendum est ne continuo ut deiecte sunt trabes secentur vel statim ut secte sunt mittantur in navem quia et adhuc solide arbores et adhuc divise per tabulas duplices ad maiorem siccitatem merentur indutias. Nam que virides compinguntur cum nativum humorem exsudaverint contrahuntur et rimas faciunt latiores.

Ca. xxxiii de notitia ventorum quam navigantibus est necessaria etc.

Qui cum exercitu armatis classibus vehuntur turbinum signa debent ante prenoscere procellis namque et fluctibus liburne gravius quam vi hostium sepe pereunt. Igitur ventorum numerus atque vocabula ars navigandi primum debet inspicere. Veteres autem iuxta positionem cardinum tantum quattuor ventos principales a singulis celi partibus flare credebant sed experimentum posterioris etatis xii comprehendit. Horum vocabula non solum greca sed etiam latina protulimus ita ut ventis principalibus declaratis eos qui ipsis dextra levaque coniuncti sunt indicemus. A verno igitur solstitio id est ab orientali cardine sumimus exordium ex quo oritur apeliotes id est subsolanus. Huic a dextra iungitur cecias sive euroborus a sinistra eurus sive vulturnus. Meridianum autem cardinem possidet notus id est auster. Huic a dextra iungitur leuconotus id est albus notus a sinistra libonotus id est austroafricus. Occidentalem vero cardinem tenet zephyrus id est subvespertinus. Huic a dextra adiungitur libs sive africus a sinistra iapix sive favonius. Septentrionalem vero cardinem sortitus est aparctias sive septentrio. Cui adheret a dextra thrascias sive circius a sinistra boreas id est aquilo. Hi venti vel singuli frequenter vel bini flare consueverunt tempestatibus etiam tres. Horum impetu maria que sua natura tranquilla sunt et quieta undis fervent. Horum flatu pro natura temporum vel locorum ex procellis serenitas redditur et rursum in procellas serena mutantur. Nam secundo spiritu optatos classis invenit portus adverso stare vel regredi aut discrimen sustinere compellitur. Et ideo difficile naufragium pertulit qui ventorum rationem diligenter inspexit.

Ca. xxxiiii de mensibus aptis ad navigandum.

Nunc autem toto anno in aquis ... Non enim integrum maris patitur navigantes sed quidem menses aptissimi quidam

dubii reliqui classibus intractabiles sunt
. Post ortum pleyadum usque in diem xviii kalendarum octobrium secura navigatio
creditur quia estatis beneficio ventorum acerbitas mitigatur. Post hoc tempus usque in
iii ydus novembris incerta navigatio est
et discrimini propior propterea quia post ydus
septembris oritur vehementissimum sydus
et viii kalendarum octobrium equinoctialis
evenit acerba tempestas. Circa nonas vero
octobris edi pluviales et v ydus eiusdem thaurus. Novembri autem mense crebris
tempestatibus navigia conturbant vergiliarum hyemali occasu. Ex die ergo iii ydus
novembrium usque in diem vi ydium
marciarum maria clauduntur. Nam lux minima noxque longissima, nubium
densitas, aeris obscuritas, ventorum ymber
vel nivibus geminata sevicia non solum
classes a pelago sed etiam commeantes a terris
retrahunt. Post natalem vero ut ita dicam navigationis qui sollempni
certamine publicoque certamine spectaculo multarum gentium celebratur plurimorum siderum
ipsiusque temporis ratione usque in ydus maias periculose maria temptantur. Non quo
negociatorum cesset industria sed quia maior
adhibenda cautela est cum exercitus navigat cum liburnis quam cum privatarum mercium festinat audacia. Ca. lxxxv de signis ac prognosticis tempestatum

Deinde aliorum ortus occasusque siderum
tempestates vehementissimas commovent. In quibus licet certi dies auctorum attestatione signentur tamen quia adversis casibus
aliquanta mutantur et quod confitendum est celestes causas humana condicio ad plenum scire prohibetur. Ideo nautice observationis
curam trifariam dividunt: aut enim circa
diem statutum aut ante vel postea tempestates fieri compertum est. Unde precedentes
quos planctas vocant, nato die postiste, circa diem additio creatoris sumpsit
unt. Ipsa vel descriptiones frequenter asscribunt
series. Tum luna iuxta lunarum aut dies
tempestatibus plenos et navigantibus
cum magno metuendos non solum ratio
et vatis sed etiam vulgi usus intelligit.
Aliquibus quoque signis de tranquillis et de
tempestatibus procelle produntur que
velut in speculo lune orbis ostendit. Rubicundus color ventos, ceruleus
indicat pluvias, ex utroque commixtus
nimbos et furentes procellas. Letus
orbis serenitate navigiis repromittit
quam gestat in vultu, precipue si quarto
ortu neque obtusis cornibus rutilat neque

infuso fuerit humore fuscata. Sol quoque
exoriens cadensve interest utrum equalibus
gaudeat radiis an obiecta nube varietur,
utrum solito splendore fulgidus an
ventis urgentibus igneus, utrum pallidus vel pluvia sit impendente maculosus. Aer vero et mare ipsum vel nubium magnitudo vel species sollicitos instruunt nautas. Aliqua ab avibus aliqua significantur a piscibus que Virgilius in georgicis divino pene comprehendit ingenio
et Varro in libris navalibus diligenter
excoluit. Hec gubernatores se scire profitentur, sed eatenus quatenus usus instruxit non
altior doctrina firmavit. Ca. lxxxvi de estuariis agnoscendis et cetera

Elementum pelagi tertia pars mundi est que preter
ventorum flatum suo quoque spiramine motuque vegetatur. Nam certis horis diebus pariter ac noctibus estu quem rheuma vocant ultro citroque percurrit
et more torrentium fluminum nunc
inundat in terras nunc refluit in altum.
Hec reciprocantis meatus ambiguitas cursum navium cum secunda est adiuvat, cum adversa remoratur. Que magna cautione vitanda. Nec enim auxilio remorum vincitur impetus maris; cui interdum cedit ventus. Et quia in
diversis regionibus diverso lune crescentis minuentisque statu etiam horis ista
variantur, ideo prelium navale gesturus consuetudinem pelagi vel loci ante congressum
debet agnoscere. Ca. lxxxvii de armis et machinis navalis prelii necessariis et cetera

Multa quidem armorum quam plura terrestre desiderat
sed navale certamen non solum plures
armorum species verum etiam machinas et tormenta flagitat tamquam in muris dimicetur et turribus. Quid enim crudelius
congressione navali ubi aquis homines
pereunt et flammis? Precipua ergo esse debet
tegminum cura ut cataphractati vel loricati galeati etiam et ocreis muniti
sint milites. De onere namque armorum
nemo potest conqueri qui stans pugnat
in navibus. Scuta quoque validiora propter
ictus lapidum et ampliora sumuntur.
Preter falces et arpagones aliaque navalia genera telorum sagittis missilibus fundis
fundibalis plumbatis onagris ballistis scorpionibus iacula invicem diriguntur et saxa. Et quod est gravius qui de
virtute presumunt adiunctis liburnis iniectis pontibus in adversariorum transeunt
naves ibique gladiis manu ad manum ut
dicitur comminus dimicant. In maioribus

ceterum liburnis propugnacula turres quoque constituunt, ut tanquam de muris ita de excelsioribus tabulatis facilius vulnerent vel perimant inimicos. Oleo incendiario, stuppa, sulphure et bitumine obvolute et ardentes sagitte per ballistas in hostium naves alveos infiguntur, unctasque cera et pice et resina tabulas tot fomentis ignium repente succendunt. Alii ferro interimuntur et saxis, alii ardere coguntur in fluctibus. Inter tanta tamen mortium genera quia qui acrior casus est, ab ignibus absumpti sunt insepulta sunt corpora. Ca. lxxxviii

De insidiis in pelago collocandis

Ad instar autem terrestris prelii superventus fiunt ignorantibus nauticis vel circa oportunas insularum angustias collocantur insidie. Quod ideo agitur ut imparati facilius deleantur. Si longo remigio fatigati sunt hostium naute, si vento urgentur, si provectus est remus, si nihil suspicantes dormiunt inimici et statio quam tenent exitum non habet, si adversarii dum optata venit occasio fortune beneficiis iungende sunt manus et opportunitate prelium consectandum. Quod si cautela est hostium cunctus insidiis publico marte confligant. Tunc liburnarum instruende sunt acies non directe ut in campis sed incurve ad similitudinem lune, ita ut productis cornibus acies media sinuetur, ut si adversarii perrumpere temptaverint ipsa ordinatione circumdati deprimantur. In cornibus autem precipua robora et liburnarum collocantur et militum.

Ca. lxxxix De modo preliandi in pelago marino

Preterea utile est in alto vagoque et libero mari tua semper classis utatur, inimicorum vero pellatur ad litus, quia pugnandi impetum perdunt qui detruduntur ad terras. In eiusmodi certamine tria armorum genera plurimum ad victoriam prodesse constat, id est asseres, falces, bipennes. Asser dicitur cum trabes subtilis ad similitudinem antemne pendet in malo utraque capite ferrato. Sive a dextra sive a sinistra parte adversariorum se iunxerint naves, pro vice arietis per impellunt, qui bellatores hostium sive nautas sine dubio prosternit ac perimit ipsamque navem sepius perforat. Falx autem dicitur acutissimum ferrum curvatum ad similitudinem falcis, quod contis longioribus inductum collocatoriores funes veli quibus antempna suspenditur repente precidit, collapsisque velis liburnam pigriorem et inutilem reddit. Bipennis est securis habens ex utraque parte latissimum et acutissimum ferrum. Per has in medio ardore pugnandi peritissimi naute vel milites cottidianis lintribus secantur.

Ca. xc De triumphis

Omne regnum seculi huius bellis queritur, victoriis propagatur. Victoria dicta est quod vi, id est virtute, adipiscatur. Hoc est enim gentium ius vim vi repellere. Nam turpis est dolo quesita victoria. Certa autem victoria est vel occisio hostis vel expoliatio vel utrumque. Non est autem iocundior victoria quam que incruenta contingit. Tropheum dicitur a conversione hostis id est in acquisitione hostis et fuga. Nam ideo qui hostem fugasset merebat tropheum; qui occidisset triumphum. Triumphus dicitur a greco triambes, id est ab exultatione plene enim victorie triumphus debetur, semiplene tropheum, quia non dum plenam victoriam est consecutus; non enim obtinuit sed fugavit exercitum. Hec tamen nomina scriptores confundunt. Triumphus et triumphum latine dicitur potius appellatum quod is qui triumphans urbem ingrederetur tripertito iudicio honoraretur. Nam primum dum de triumpho concedendo exercitum iudicare solitum erat, secundo senatum, tertio populum. Erat autem Romanorum mos ut triumphantes quadrigis veherentur, pro eo quod priores duces in hoc habitu bella gerebant. Tunicam autem induebantur qui in conflictu vicissent palma aurea coronabantur, quia palma stimulos habet. Qui vero sine conflictu fugientes prostravissent, laurea coronabantur, eo quod hec arbor sine spinis est. Nam et purpurea et palmata toga triumphantes induebantur, et scipione cum sceptro in manu gestabant ad imitationem victorie. Scipionis licet et scipio baculus sit quo homines innituntur. Super scipione autem aquila sedebat ob indicium quod per victoriam quasi ad supernam magnitudinem accederet. Quibus decernitur exercitus aut intinctione aut dispersione. Spolia hostium, preda, manubie, exuvie. Preda accipitur et manubie eo quod manu detracte sunt, hec et omnia abominanda, hec omnia ... hec ... partes ... pro qualitate vel labore iusta divisione ... ca. xci

De ... [illegible] ale

Mordaces equorum ... sunt eo quod equos frenum fugiant vel quod eum frenant vel remant dentibus suis et admordeant ...

fabrica scripta que moluta est. Lupati sunt freni asperrimi dicti a lupinis dentibus qui inequales sunt, unde etiam eorum morsus vehementer obest. Ephippium grecum est. Habenas abstrahendo dictas quod his equos habeamus i. teneamus. Capistrum a capite iumentorum dictum. Sella a sedendo dicta quasi sedda. Antela quasi ante sellam, sicut postela quasi post sellam. Cingulum hominis generis est neutri, nam animalium genere feminino dicimus has cingulas. Sagma que corrupte vulgo salma dicitur ab stratu sagorum vocatur, unde et caballus sagmarius et mula sagmaria. Capulum funis dicitur a capiendo quod eo indomita iumenta comprehendantur. Calcaria dicta sunt quia in calce hominis ligantur i. in posteriori parte pedis ad stimulandos equos quibus aut pugnandum est aut currendum, propter pigritiam animalium aut timorem; nam generosis stimulis increpari licet, sunt et libidinis stimuli. Strigiles nuncupati sunt a stringendo quod his equi a sordibus tergantur. Caracter est ferrum caloratum quo note pecudibus inuruntur. Charax autem grece, latine forma dicitur. Cauterium dictum est quasi cauterium eo quod urat et prima fit incisio [illegible] ut dum videtur cutis que sunt intra vitia restringat, quod medicus plerumque medicamen pro cura adhibet, ut vis morbi igneo ardore siccetur. Ricardus ubi supra.

Cap. xxiii de arte theatrica

Theatrica continet ludos. Ludorum autem alii fiebant in theatris, alii in gabulis, alii in gignasiis, alii in atheneis, alii in amphitheatris, alii in ingeniis(?), alii in fanis. In theatris gesta recitabant. In gabulis choree ducebant. In gignasiis luctabantur. In atheneis pugiles certabant. In amphitheatris certabant cursu pedum, equorum, curruum. In ingeniis(?) musicis instrumentis ludebant. In fanis deorum laudes cantabant. [illegible]

Spectacula ut opinor generaliter nominantur voluptates que non per semet ipsas inquinant, sed per ea que illic geruntur. Dicta autem spectacula eo quod hominibus publica ibi prebeatur inspectio. Hec et ludicra nuncupata quod in ludis gerantur aut instruantur. Ludus autem aut gimnicus est aut circensis aut gladiatorius aut scenicus. Gimnicus ludus est velocitatis aut virium gloria, cuius locus gimnasium dicitur, ubi exercentur athlete et cursorum velocitas comprobatur. Sicut accidit ut dum ipse circa [illegible] ditant gignasia. An cum velocis certantes cursu currunt ne vincantur post relapsa to angulo repente prostratus. [illegible] est quidem cursor quam corporibus [illegible] tunc arcum proponentes ut vinci demerentes omnes certantes precipit. Apollo gimnasium dicit quod iuvenes incompti nudi exercentur, nisi sola tunc verecundia operiuntur.

Genera gimnicorum v sunt i. saltus, cursus, iactus, virtus atque luctatio. Invenerunt quondam regem tot filios adolescentes habentem totidem quibus [illegible] non impone contendere. Saltus dictus est quasi de solo in altum, est enim saltus a litus solo vel longius. Cursus a velocitate currendi vocatus est, est enim cursus velocitas pedum. Iactus dictus est a iaciendo, unde et piscator rethe iaculum dicitur. Huius artis usus est aut lapides procul ferire, aut hastas pondere librare, aut sagittas emittere arcu. Virtus est in incessibus virium in labore et pondere corporis. Luctatio a laterum complexu vocata, quibus quoniam certantes innituntur, qui greca appellatione athlete vocantur. Locus autem luctationis palestra dicitur. Palestram autem vel apo tu palein i. a luctatione vel apo tu palem i. a motu vibre(?) fortius nominatam dicunt, sed quod in luctando [illegible] amplexus fere [illegible] id quod apud grecos palin vocatur. Quidam opinantur artem luctandi in siderum contemplatione monstratam, namque inter certos fere eos solos et cingi conglos(?) et subside celeriter ac verti et in manibus complexe invicem medio complexus abigere sese more luctantium. Pentathlum latini quinquertium, greci a quinque vocant astragalia quod celebrant. Agonem autem [illegible] fuit in incessibus virtutis cursus velocitas, sagittandi peritia, standi patientia ad cytharam quoque vel tibias incedendi gestus de motibus quoque de forma de cantandi modulatione certaminis quoque belli et navalis prelii [illegible] supplicatorum certamina.

Cap. xxiiii de ludis circensibus

Ludi circenses sacrorum causa deorum ac gentilium celebritatibus instituti sunt, unde et qui eos spectant demonum cultibus inservire videntur. Itaque Castori et Polluti deputantur hec spectacula, quibus equos a Mercurio distributos hystorie docent. Sed et Marti et Iani in ludis equi sunt consecrati

et ipsi quadrigis presunt. Circenses autem
ludi dicti uel a circuendo uel quod ubi nunc
mete sunt olim gladii ponebantur quos
quadrige circuibant. Unde et circenses a
circuitibus circa quos currebant dicti.
Dein et ueteres circa ripas fluminum
curribus agitantes gladios in ordine
ripe litore ponebant et erant artis eius
circa pericula certamen. Unde et circenses
dicti putantur quasi circaenses. Circus
soli consecratus est a paganis, princi-
paliter cuius edes medio spacio et effi-
gies de fastigio edis eminet, quod non pu-
tauerint sub tecto consecrandum quem
in aperto habent. Est autem circus omne illud
spacium quod circuire equi solent. Hunc Ro-
mani circum putant a circuitu equorum eo
quod ibi circa metas equi currant. Grec-
ci uero a Circe solis filia que patri suo hoc
genus certaminis instituit. Fuit enim mag-
na et uenefica et sacerdos demonum, in
cuius habitu et ope et magice artis et cul-
tus ydolatrie recognoscitur. Ornamen-
ta circi sunt ouo meta obeliscus carce-
res. Oua honori Pollucis et Castoris ascribunt
qui illos ouo editos credentes de cigno
Ioue non erubescunt. Fingunt autem circen-
ses Romani ad omnes mundi referri ut sub
hac specie superstitiones uanitatis suarum ex-
cusarent. Metarum quippe appellatione
ipsi termini ad fine mundi designari uo-
lunt. Obeliscum Mesfres rex Egypti
primus fecisse fertur tali de causa. Cum
quodam tempore nimis uiolenta inun-
datione Egypto incumbens indignatus uelud
tamquam penas assumere cogeret sagittam
in undas iecit. Nec multo post correp-
tus grauiter ualetudine lumine amisit.
Cum post cecitatem uisu recepto du-
os obeliscos soli sacrauit. Obeliscus
cum sagitta dicitur qui ideo in medio
circo ponitur quia per medium mundum
sol currit. Medio autem spacio ab utraque
meta constitutum obeliscus fastigium
summitatemque celi signat cum sol absentat
que spacia medie horarum discrimine tran-
scendit. Summo obelisco suppositum est
quedam auratum in modum flamme
formatum quia sol plurimum in se calo-
ris atque ignis habet. Carcer unde emit-
tuntur equi carceres dicuntur ab illa re quia
et ille carcer qui est in ciuitate quod ut
ibi homines dampnati atque inclusi ita
hic equi coherceantur ne exeant antequam sig-
num emittatur.

Ca. xxiiij de arte curri

Rex circi auriga et currus equites
uel pedites. Auriga ipse dictus eo quod
currum agat et regat siue quod feriat metas
equos. Nam auriga fecit ut et latus au-
rige aptum. Currus autem a cursu dictus e-
st uel quia rotas habere uidetur. Quadri-
ge et bige et trige et seiuge a iunctione
quorum iugo sunt dicte. Quadrigam Ethnici
soli iungunt quia per quatuor tempora an-
nus uertitur uere estate autumpno et hy-
eme. Bigas lune quia gemino cursu
cum sole contendit siue quia et nocte
et die uidetur. Iungunt enim unum nigrum
alterum candidum. Trigas diis inferis
quia hii per tres etates homines ad se ra-
piunt id est per infantiam iuuentutem atque se-
nectam. Seiuga maximus currus erat
in quo ipse quem maximum deorum suorum cre-
diderunt. Ideo autem in rotis quadrigas e-
xire dicunt siue quia mundus iste cir-
culi sui celeritate transcurrit siue propter
solem quia uolubili ambitu rotat. Sep-
tem spaciis quadrige currunt referentes
hoc ad cursum septem stellarum quibus mun-
dum regi dicunt siue ad cursum septem di-
erum. Equites singulares de
curru dicunt quia singulariter unum-
quemque cursum inter homines peragit atque
transsit. Pedites autem currunt aperta fe-
de curru quia pedibus curritur mor-
talitati. Alii hoc a superiori parte currunt
ad inferiora id est ab oriente ad occidente
quia mortales moriuntur et occidunt.
Nudi currunt quia et homines in seculo
nulle reliquie sunt. Sed hec aperta fingu-
nt uanitates et sacrilegia sua contegentes.

Ca. xxv de ludis scenicis siue theatri actores continuat atris

Theatralis primi cum ipsi theatrum
construxerunt sedibus ligneis post-
ea lapideis. Theatrum autem est quod scenam
includit semicirculi figura habens in quo
stantes omnes inspiciunt. Cuius forma pri-
mum rotunda erat sicut et amphithe-
atri postea comedis amphitheatri
theatrum factum est. Theatrum autem a spectacu-
lo nominatum apo tou theorias quod in eo
populus stans desuper atque spectans ludos
contemplaretur. Idem uero theatrum idem
et prostibulum eo quod post ludos
exactos ibi prostituerentur. Idem et lupa-
nar uocatum ab eisdem meretricibus
que propter uulgati corporis leuitatem lupe
nuncupabantur. Nam lupe meretrices sunt
uocate a rapacitate quod ad se rapiant
miseros et apprehendant. Lupanaria enim
a paganis constituta sunt ut pudor
mulierum infelicium ibi publicaretur et lu-
dibrio haberentur tam hii qui faciunt quam

qui pateat. ¶ Scena autem erat locus infra theatrum in modum domus instructa cum pulpito, qui pulpitus orchestra vocabatur, ubi cantabant comici, tragedi atque saltabant histriones et mimi. Dicta autem scena greca appellatione, eo quod in speciem domus erat instructa. Unde et apud Hebreos tabernaculorum dedicatio a similitudine domiciliorum scenophegiorum appellabatur. ¶ Orchestra autem pulpitus erat scene, ubi saltator agere posset aut duo inter se disputare. Ibi enim poete comedi et tragedi ad certamen conscendebant, hisque canentibus alii gestus edebant. ¶ Officia scenica: tragedi, comedi, thimelici, histriones, mimi et saltatores. Tragedi sunt qui antiqua gesta atque facinora sceleratorum regum luctuoso carmine spectante populo concinebant. ¶ Comedi sunt qui privatorum hominum acta dictis aut gestu cantabant, et stupra virginum et amores meretricum in suis fabulis exprimebant. ¶ Thimelici autem erant musici scenici, qui in organis et liris et citharis preciniebant; et dicti thimelici, quod olim in orchestra stantes cantabant super pulpitum, quod timele vocabatur. ¶ Histriones sunt qui muliebri vestitu gestus impudicarum feminarum exprimebant; hii autem saltando etiam historias et res gestas demonstrabant. Dicti autem histriones sive quod ab Histria id genus sit adductum, sive quod perplexas historias fabulis exprimerent, quasi historiones. ¶ Mimi sunt dicti greca appellatione, quod rerum humanarum sint imitatores. Nam habebant suum auctorem, qui antequam mimum agerent fabulam pronuntiaret. Nam fabule ita componebantur a poetis, ut aptissime essent motui corporis. Saltatores autem nominatos Varro dicit ab Arcade Salio, quem Eneas in Ytaliam secum adduxit, quique primo docuit romanos adolescentes saltare. ¶ Est plane in artibus scenicis Liberi et Veneris patrocinium, qui privata et propria sunt scene de gestu et corporis fluxu. Nam molliciem Libero et Veneri immolabant illi per sexum, illi per fluxum dissoluti. Que vero voce et modis et organis et liris transiguntur, Apollines et Musas et Minervas et Mercurios patronos habent. Spectaculum odire debes, quorum oderis auctores.

Ca. xlvij de ludis gladi[atoriis]

Amphitheatrum locus est, ut dictum est, spectaculi, ubi pugnant gladiatores. Quia ibi ludi cuneus, usum armorum exercitatione condiscunt, ut ubi inter se aut gladiis aut pugnis certantes, vel contra

bestias incedentes, periculum non odio sed premio illecti subeunt feralle certamine. ¶ Amphitheatrum autem dictum est eo quod ex duobus theatris sit factum. Nam amphitheatrum rotundum est, theatrum vero ex medio amphitheatro est semicirculi habens figuram. ¶ Genera gladiatorum plura, quorum ludus primus equestrium. Duo enim equites precedentibus prius signis militaribus, unus a porta orientis, alter a porta occidentis procedebant in equis albis cum aureis galeis minoribus et habilioribus armis, sicque atroci perseverantia pro virtute sua inibant pugnam dimicantes, quousque alter maturius mortem prosiliret, ut haberet qui caderet casum glorie, qui perimeret, que armata pugnabant Marti duelli causa. ¶ Secutorius ab armatura quedam in gladiatorio ludo contra alterum pugnantem ferebat occulte rethe, quod iaculum appellatur, ut adversarium cuspide insistente coopertum implicitum ex viribus superaret. ¶ Secutor ab insequendo retiarum dictus est. Gestabat enim cuspidem et massam plumbeam, que adversarii iaculum impediret, ut antequam ille feriret rethe, iste compararet. Hec armatura sacrata erat Vulcano: ignis enim semper insequitur, ideoque cum retiario componebatur, quia ignis et aqua semper inter se inimica sunt. Laqueatorum pugna erat fugientes in ludo homines iniecto laqueo impeditos consecutosque prostrare amictos umbone pelliceo. ¶ Ferarum pugna erat cum ipsis bestiis iuvenes proprie pugnare contra eas ultronee sunt certare, non crimine sed furore. Hec spectacula crudelitatis et inspectio vanitatis non solum hominum vitiis sed et demonum iussis instituta sunt. Proinde nichil esse debet Christiano cum circensi insania, cum impudicitia theatri, cum amphitheatri crudelitate, cum atrocitate arene, cum luxuria ludi. Deum enim negat qui talia presumit, fidei Christiane prevaricator effectus, qui denuo appetit quod in lavacro iam pridem renunciavit, id est dyaboli pompis et operibus eius.

Ca. xlviij de ludis alee et pile

Alea, id est ludus tabule, inventa a Grecis in otio Troiani belli a quodam milite Alea nomine, a quo et ars nomen accepit. Tabula luditur pirgo, calculis tesserisque. ¶ Pirgus dictus quod per eum tessere pergant, sive quod turris speciem habet; Greca turrim pirgum vocant. ¶ Calculi vocati quod leves sunt et rotundi, tenui et calculus lapis brevis digestus, qui sine molestia sui brevitate calcatur. Item cal

Ca. xlvij de ludis gladiatoris

Ca. xlviij de ludis alee et pile

culi quod primas ordinales cavit quasi praetales esse noscitur quia quadrae sunt omnibus partibus. Olim autem tesserae calculi appellabantur a characendo iactus animo notabat ut in nostris quatuor senio. ¶ Quidam aleatores sibi videntur physiologice pallegoriam hanc artem componere et sub quadam rerum similitudine fingere. Nam tribus tesseris ludere perhibent propter tria saeculi tempora, praesentia, praeterita et futura, quae non stant sed decurrunt. Sed et ipsis viis senariis locis distinctas aetates hominum ternariis lineis propter tempora argumentantur. Inde et tabulam trinis descriptam dicunt lineis. ¶ Calculi partim ordine moventur partim vage. Ad hos qui moveri omnino non possunt inatos dicunt. ¶ Ab hac arte fraus et periurium atque mendacium nusquam abest, postremo et odium et damna rerum. Unde et aliquando propter haec scelera interdicta legibus fuit. ¶ Pila proprie dicitur quod sit pilis plena. Haec et sphaera a ferendo vel feriendo dicta. Inter species pilarum sunt trigonaria et harenata. Trigonaria quae intus luditur. Harenaria quae in gyro dum in circulo astantium conspectantium quod cum ipsa ultra in signum spatium pilam excipere lusores incompluerint. Cubitalem lusum appellant cum duo comminus et proximo ac prope positis cubitis palam feriunt. Sunt dicunt qui pilam cum prolato feriendam collusoribus praebet [illegible].

Ca. xxxiiii De navigatione et navium varietate

Navigatio est illa species mechanice quae hanc cura permittet omnibus industria vendendi et emendi sed in ipsa littora adit patria familiaritate cum exteris nationibus componit et privata bona communia facit. Ysidorus l. xix. ¶ Nauclerus dominus navis est appellatus ideo quod navis in sorte eius sit. Clerus enim graece sors dicitur. Nec minus notatur quod remum gerit. Naves quidem perhibent dictas eo quod gnavum rectorem quaerat, id est peritum strenuum et sapientem. Antiquissimum navigii genus erat crudibus lignis asseribusque consertum, ad cuius similitudinem fabricatae naves ratiariae dictae. Nec iam rates aliaeque naves. Dromones navis magna quam graeci dulcionem vocant. Carpasia navis a carpatos insula nominata sicut rodia, sicut ab alexandria alexandrina. Liburnae dictae a libyis. Rostratae naves vocatae aliae quae in fronte rostra aerea ferunt propter scopulos ne feriant et collidantur. Dromo autem ab discurrendo dictus. Cursum enim graeci dromon vocant. Sic [illegible]. Classis dicta est a graeco nomine apo ton calon, id est lignis, unde et calones nautae quae ligna militibus portant. Phaselus est navigium quod nos corrupte baselum dicimus. ¶ Scapha quae et exacta scaphis navigium quod latine dicitur [illegible]. Barca est quae cuncta navis commercia ad litus portat. Paro navigium piratarum propter quos ita vocatum. Myoparo quasi minimus paro. Est enim scapha ex vimine facta quae contexta crudo corio genus navigii praebet. Quo utuntur Germanorum piratae in Oceani litoribus vel paludibus ob agilitatem. Celoces quos graeci celetes vocant, id est veloces biremes vel triremes ad ministerium classis aptae. ¶ Biremes autem naves sunt longae duorum ordine remorum, sic et triremes et quadriremes dictae. Naves sunt quae quinque vel plures remos agunt. Hippagines [illegible] equos transvehere solitum est. Ponto navigium fluminale tardum et grave quod non nisi remigio progredi potest. Lembus navicula brevis quae alia appellatione cumba et cymbulus dicitur. Linter id est carabus parva scapha ex vimine facta quae contexta crudo corio genus navigii praebet. Parva navicula trabaria, cuius lata et carina vocata a portando. Utuntur his in Pannonia. ¶ Trabariae autem naves quae ex singulis trabibus cavantur, quae alio nomine litorariae dicuntur. Haec et caudica ex uno ligno cavata. Et unde caudice qua usque ad x homines capiunt.

Ca. xxxv De partibus navium et instrumentis earum

Puppis posterior pars navis est quasi post. Prora anterior quasi porra. ¶ Sentina locus imus navis quo aquis influebat. Carina a currendo dicta quasi currina. Forinsecum navium latera contra a feriendo dicta. Fori sunt tabulata navium quae faciunt, dicta ab eo quod incessus ferant vel foris emineant. ¶ Decem membris tigilibus laxat [illegible]. Columbaria in summis lateribus navium loca concava per quae eminent remi, dicta credo quod sint similia latibulis columbarum in quibus nidificant. Transtra sunt tabulae ubi sedent remiges, quod in transversum sint dicta quae tigillis iuga appellantur. ¶ Remi a remonendo et decernendo capillis. Palmula est extrema latitudo remi a palma dicta qua mare impellitur. Antennae dictae quod ante amne sunt porte praeferuntur cum eas amnis. ¶ Corymbae extremae partes antennarum sunt dictae a tropo. Malus est arbor navis quae vela sustinendis quia est instar mallei in summitate vel quia quasi quibusdam malleolis lignis cingitur quorum volubilitate vela

funibus elevantur. Modius est cui arbor infigitur, ob similitudinem mensurae vasis dictus. Carchesia sunt in summo arboris trochleae quasi F litterae, per quas funes trahuntur. Trochleae autem vocatae quod rotulas habeant; trochos enim graece rota dicitur. Parastatae stipites sunt pares stantes quibus arbor sustinetur. Clavus est quo regitur gubernaculum. Portisculus malleus in manu portatus quo modus signumque datur remigibus. Tonsilla uncus ferreus vel ligneus ad quem in litore defixum funes navium alligantur. Anchora dens ferreus cuius graeca ethimologia nomen duxit quod quasi hamus manus comprehendat scopulos vel harenas vel manus contra belli... dicitur. Plurimae sunt machinae quibus naves deducuntur et subducuntur. Importuniosis scala navium. Vela generaliter dicuntur pro eo quod aerem moveant. Apud latinos autem vela a volatu dicta. Genera velorum: achation, epidromos, dolon, artemon, siparum, medium. Omnibus achation velum maius et in media navi constitutum. Epidromo secunda sede amplitudinis et ad puppim. Dolon minimum velum et ad proram defixum. Artemone dirigendae potius navis causa commendatum est quam celeritatis. Siparum genus veli unum pedem habens quo iuvari navigia solent in navigatione quotiens vis venti languescit, a conspicatione cognominatur. Funes dicti sunt eo quod ante in usum linei fuerint intinctati cera, unde et funalia. Restes sunt quod vites contineant sive quod his vites tendantur. Rudentes sunt funes a rumore stridoris ita dicti. Opisfera funes sunt navium quibus tempestatibus utuntur, quas nautici suo more curcubas vocant. Spire quasi sparto vocatae. Pedes funes quo pedes veli alligantur, quasi ipse pedes. Tormentum a tortura dictum, restes ex funes. Scaphio funis in prora positus. Opisfera funes ex cornibus antennae dextra sinistraque tenduntur retro usque antennam. Prosnesium funis quo navis in littore religatur ad palum. Anchora funis qua navis media vincitur. Anquina qua ad malum antemna constringitur. Remulcum funis quo deligata navis trahitur in vicem remi. Struppi vincula loro vel lino facta quibus remi ad scalmos alligantur. Catapirates linea cum massa plumbea qua maris altitudo temptatur. Actor.

Capitulum C De mercatura

Ad navigationem aut dictum est pertinet negociatio sive mercatura id est vendendi. Tullius in libro i de officiis: Illiberales et sordidi sunt quaestus mercennariorum omnium quorum opera non quorum artes emuntur. Est enim in illis ipsa merces auctoramentum servitutis. Sordidi etiam sunt qui mercantur a mercatoribus quod statim vendant. Nichil enim proficiunt nisi admodum mentiantur. Minimeque artes hee probande sunt que ministre sunt voluptatum, ut quas dicunt lanii, piscatores, coqui, fartores et etiam unguentarii, saltatores ludique talarii. Quibus autem artibus aut prudentia maior est aut non mediocris utilitas queritur, ut medicina, architectura et doctrina rerum honestarum, hee sunt honeste hiis quorum ordini conveniunt. Mercatura vero si tenuis est sordida putanda est. Idem in libro iii: Queritur de deliberatione et consultatione venditoris erga emptorem utrum omnia vitia rei proposite dicere et quedam celare liceat. Homini acutissimo Antipatro visum est omnia patefacienda, Diogeni Babilonio venditorem quatinus iure civili constitutum sit dicere vitia oportere, cetera sine insidiis agere. Nec tamen id est celare quicquid reticeas, sed cum quod tu scias id ignorare emolumenti tui causa velis eos quorum interest scire. Hoc autem celandi genus non aperti, non simplicis, non ingenui, non iusti, non boni viri, sed potius obscuri, astuti, fallacis. Ergo si est vituperandi qui reticent, quid de hiis estimandum est qui orationis vanitatem adhibent. Ricardus.

Capitulum C de venatione

Venatio tres habet species: feram, aucupium, piscaturam. Venatio ferarum fit multis modis: retibus, pedicis, laqueis, papiliis, arcu, iaculis, ensibus, indagine, venatorum odore, canibus, accipitribus. Aucupium fit laqueis, pedicis, avibus, harundine. Piscatura fit sagenis, retibus, nassis, hamis, iaculis. Ad venationem pertinet industria quorumdam pistorum, carnificum et cocorum. Ysidorus libro xix: Retia vocata sunt sive a retinendo pisces sive a restibus quibus tenduntur. Hamus aut retis simplagium dicitur a plagis; nam plagae dicuntur funes illos quibus retia tenduntur circa ima et summa. Item funda genus est piscationis retis dicta ab eo quod in fundum mittatur. Idem etiam iaculando dicitur iaculum. Tragum genus retis ab eo quod trahitur. Verriculum, ipsa est et verriculum a verrendo, cum trahitur. Item et sagena. Nassa genus retis. Cassia genus venationis retis quod capiat. Hinc est quod incassum dicitur, id est sine causa, quasi sine

cassibus sine quibus venacio inanis e[st].
Canopeum rete quo culices concluduntur
in modum tentorii quo magis alexan-
drini utuntur quia ibi de nilo culices copi-
osi nascuntur unde et canopeum dicitur. Na[m]
canopia egyptus est. Idem in eodem. Ve-
nabula dicta sunt quasi venatui habilia vel quod
venientem excipiunt quasi excipibulia. Ex-
cipiunt enim apros expectant et leones
irritant ursos si tamen firma manus ferien-
dus. Capitulum [ ] de agricultura

Agricultura maior habet species aratio-
nem id est agri qui sationibus deputatur
et consitum qui in minoribus ut pomaria vi-
neta olivetaque pastum qui pastus aut
prata tempore certa efflorendum ut orti vocan-
tur. Tullius in libro de senectute: Venio ad
voluptates agricolarum quibus ego incre-
dibiliter delector que nec ulla impediuntur
senectute et mihi ad sapientis vitam
proxime videntur accedere. Habent enim racionem cum
terra que nunquam recusat imperium nec un-
quam sine usura reddit quod accepit. Agro
bene culto et bene culto nichil usu uberius nec
specie ornatius. Idem in libro de officiis:
Omnium autem rerum ex quibus aliquid acqui-
ritur nichil est agricultura melius nichil
uberius nichil dulcius nichil homine libero
dignius. Augustinus super genesim li. viii: Quid enim
maius et mirabilius spectaculum est
aut ubi magis cum natura rerum humana
ratio quodammodo loqui potest quam cum positis
seminibus plantatis surculis translatis ar-
busculis insitis malleolis tamquam interro-
gatur quid vis radicis et germinis quid
possit quid ve non possit unde possit
unde ve non possit quid in ea valeat numerorum
invisibilis interior potencia quid extrin-
secus adhibita diligencia et in ipsa con-
sideratione perspicere quia neque qui plantat
est aliquid neque qui rigat sed qui incre-
mentum dat deus. Illud opus quod accedit
extrinsecus per eum accedit quem nichilominus
creavit et regit et ordinat invisibi-
liter deus. Ysidorus li. xvii: Cultura est
qua frumenta vel vina magno labore que-
runtur ab incolendo vocata. Primi cul-
tores antiquorum usus quorum duobus erant
bis pascere ubi arare. Cultura agri tamen
aratio intermissio incensio stipulatio ster-
coratio occatio runcatio. Primus est uice-
dum quod agri in utilem humorem consu-
dat. Aratio dicta quia dehiscat prius ter-
culturam exercebant antequam ferri fuisset
usus repertus. Duplex autem est aratio
vernalis et autumpnalis. Intermissio est
qua alternis annis vacuus ager linquitur

recipit. Stercoratio est letaminis aspersio quod
vulgo letamen vocatur eo quod suo incremento
leta faciat germina reddatque arva pin-
guia et fecunda. Occatio est cum rustica
sarcione ferro(?) glebis divisis grandiores gle-
bas cedunt ac ligonibus frangunt et
dicta occatio quasi obcecatio quod operiat se-
mina. Occatur enim est operire terra semina
vites vel arbores. Runcatio est avulsio her-
bas velle. Novale vero terra est sulcus a
sole vocatus quod proscissus solem capi-
at. Proscissio est aratio prima cum adhuc
durus ager est. Vero dicta est quam se-
mel arato. Iterum veram vocatum quod ter-
tio ceso faciendum est non pro imbribus. Pa-
ladius de agricultura libro primo. Ca[pitulum]

Cap. [ ] de varie agricultur[e]

Eligendi et bene colendi agri ratio in quatuor rebus consistit:
aere, aqua, terra, industria. Horum
tria naturalia unum facultatis et volun-
tatis est. Natura est quod in hiis quos possides
tenere oportet ut eis locis quos colere
destinabis aer sit salutaris et clemens
aqua salubris et facilis vel ibi nascens
vel adducta vel imbre collecta. Terra non
fecunda situ commoda cum surculorum
vel frugum gratia preclara sed tamen compo-
ta quantitate. In novo autem genere seminum
compertum non est tota spes ponenda lo-
cis humidis semina citius que siccis dege-
nerant. Cuius subinde fructuum electio
sive insitionis sive motum genere factorum
que florent constat non esse tangenda
in rebus agrestibus magnitudine officia in-
venies congruunt ut propria seniorum ante se-
minaverit plures paruula sed seminum
plurimos fructus consequenter. In vitibus
putandis tria consideranda sunt. Fru-
ctum spes. Succession(?) materies locus qui
servet ac renovet. Insuper inserendi pu-
tandi ac recidendi duris et acutis in-
tendis ferramentis. In vite vel arbore que
facienda sunt per agenda an apertam
floris et germinis. De locis de terrinis sicut
arbores ita et homines congruunt admedi-
ocra tussiste(?). Sicciti iubent cum legumina
seri in sicca terra. Faba tamen infundenda debet
aspergi in agro sucitant meliora inse-
ctantur. Potissima autem triticum solo
uliginoso post tantum(?) saccum ingenius
plagis commutatur. Campi largius
hinc colles nobilius vinum ferunt. Aqui-
lo inter sibi obiectas fecundat. Auster
nobilitat. Fecundior est culta congiuntur
quam magnitudo neglecta. Omnibus in ma-
sarmenti auctatur. Agenda ne cum stilla
que fluxe consumeret congruat. Terra...

profunda quam greci asserunt. alte quidem
des arbores efficiat fructus minores
et aquatos et seros magis quam annuente
proximos aer oleas tepidus iuvat et
ventis mediocribus sive in et humore
horrore persalubris. Ramus letus viri
dis et sterilis in media hora abscinden
dus est velut tignus arboris inimicus
sterilitatis et pestilencie cuius morsu fugi
endus est. Semina plus quam annicula esse
non debent vetustate corrupta ne pro
ferant frumentum. collis quidem siccus ro
bustius sed mensura minus refundit.
Semina que seruntur crescente luna et di
ebus tepidis serenda sunt nam tempus
enorme frigus includit. Ysidorus libro xx
ca.

Vomer dictus est eo quod vi sua humum eru
at sive ab evomendo terram. Buris
est curvamentum aratri dictum quasi bos
ura quod sit in similitudine caude bovis.
Dentale est aratri pars prima in quo vo
mer inducitur quasi dens. cultelli acul
tura dicta eo quod corporis purgatione vites
in arbore putabant vectebant et inter
sursum falces essent reperte. Falx est
quo arbores putantur et vites dicta a
falso quod hac primum milites herbam siccare
solebant. Abscide falcastrum a similitudine
falcis vocatum est. Aut serramentum curvum
cum manubrio longo ad densitatem
veprium succidendam. hii et runcones dicuntur
quibus vepres secantur a runcando dicti.
Serrula est ferreus lamina fit dentata
mordacitate resecans arbores seu ra
mos. Rastra quoque aut a radendo terram
aut a raritate dentium dicta. Ligon quod
terram levet quasi levones. Bidentia
dicta eo quod terram cadit. firmam aperiat
et cuius eius usus inter lignis operi
bus habetur. nomen tamen ex radice re
tinet. hanc alii generaliter fossariam vo
cant quod foveam faciat quasi fonessori
am. Sarculus ferramentum cum manubrio
cultum orti vetitum est. Runt quod vel
pliceres vel bicornes pastinatum vocant
ferramentum bifurcum quo semina panguntur
unde et repastinari dicuntur vinee ve
teres que refodiuntur. Cilindrus lapis c
teres in modum columpne qua volu
bilitate nomen accepit. Tribula genus
vehiculi unde teruntur frumenta et ob
hoc ita vocatum est. palas ventilabrum
vulgo dicitur a ventilandis paleis no
minata forcalle dicte eo quod hiis frumenta
tollunt et movent unde et ostilla dicta
alios quod tollant i movant ora Nam

tille est inventio. Desse sunt quibus fru
menta nostra vinis designantur. Trapetum mo
la olivaria pilum trahit quo mola cal
cata fundit. aprimendo vocatum quod pres
sorum lacus plus aque fundit. oleum
quo liquatur prelo fluit. quo adimus
vel olivis torcido vinum oleumque exprimitur.
fiscolum quod fiscolum acolando oleo dum
vel quasi fiscella olei. Rota dicta quod quasi
ruat est cum machina de qua exitu
aqua exsurgit. Girgillus dictus quod in gyro
vertatur est enim lignum in transversa pertica
mobile ex quo funis cum situla vel
utre in puteum demittitur hauriende a
que causa. Thelone ortolani vocant
lignum longum quo hauriunt aquas et
dictum thelone a longitudine. Telonia
dicitur nos grecos quantum longum est
unde et inversela vocata quasi longum
unius ligni quo incantorsa ferventes
Arpago quod si quid in puteum deciderit rapit
et extrahit unde et nomen accepit
Arpago autem dictus quia arripit a rape
re grece rape dicitur. Explicit de agricul
tura. Iuncta plenius scitum est sursum
vel economica vel decretum domesticam
in administratione descriptum est. Saleem
tum materia usatur in morbis et vul
neribus. Ad hanc itaque pertinet uncta
cum que ars corpori obsolet qui eque me
dici nominantur sed etiam cibus et potus
regimine et regimine defensio. Demum eius
ars innuitur qua virum corporis adipis
obtinens ictus casus quam fundit. Dicit
autem quibusdam quare inter ceteras
liberales disciplinas medicina ars non
contineatur. Ad ista quia ille singulares ca
tiuncas tangas ista non omnes. Nam
et gramatica medicus scire debet ut
intelligere exponere possit que legit.
Similiter et rethoricam ut veracibus
argumentis valeat diffinire que trac
tat rhetorica et dyalectica apte infirmi
tatem causas ratione adhibita per scruta
dias atque curandas sic et arismetica
propter horarum numerum dictor. Ca. j Cu

ediciuaz. De alkymia

Mquoque nigri viatoribus inter xii me
chanicas artes computat. Sed quia
hec ipsa non tantum in operatione ingenii sic
tecte sed etiam in mentis speculatione co
nsistit videtur quantum ad eius consideracionem
unde quasi media est inter practicam
et theoricam. huius tractatum secundum libri
diffusius aliquantulum prosequendum reser
vamus et hic loco quodam alkimie com
pendium inserimus. Nam et ipsa competens

tur mechanicas in necessarium potest et ad quasdam aliarum non parum utilis est ut ad fabrilem et ad medicinam. Ad fabrilem quidem propter metallorum formationem transmutationem commixtionem disgregationem. Ad medicinam vero propter substantiarum vel qualitatem salubrium ... que sunt etiam in medicinis simplicibus vel commixte sunt separatorum productiva alkimie. Alkimia autem est ars transmutandi corpora mineralia a propriis speciebus ad alias ut sunt metalla et huiusmodi. Hec descendit ab illa parte naturalis philosophie que est de mineris sicut agricultura ab illa que est de vegetabilibus. Hanc enim arte fiunt artificialia a naturalibus quibus ea que fiunt tamen fiunt non sunt tamen vera et propria sicut naturalia. Corpora mineralia fiunt vapores que non inspissantur et coagulantur per commixturam. Ex libro Rasi de aluminibus et salibus. Sumitur nature inspissatio longo et primum quidem quod coagulatum est argentum vivum et sulphur. Hec autem sunt elementa minerie et sunt aqua et oleum id est minera generatur coagulata alia ... super quibus assiduat decoctio equalis cum caliditate et humiditate donec coagulata sunt et ex eis corpora generantur per gradationem mutatorum in multibus annorum. Nam si remanserint in mineris suis prout ea natura donec pervenerint ad speciem auri et argenti sed parificatur subtilitatem, sic potest huiusmodi transmutatio in uno die id est horarum spacio. Ex libris alkimiste. Unde et in mineralibus fit huiusmodi virtute mineralium fit generatio spirituum et corporum. Sunt quidem sunt ... corpora non sunt sed aurum et argentum et es. Ex propriis elementis munde generantur alia corpora munda ut aurum et argentum, alia immunda ut es ferrum etc. Nam ex argento vivo puro albo coagulato virtute sulphuris albi non urentis generatur in minera que ex fusione generatur argentum. Ex sulphure autem mundo claro rubeo non urente virtute adveniente ex argento vivo bono claro a sulphure congelato generatur aurum. Ex vero bono argento vivo et sulphure urente virtute adveniente generatur es. Ex vero autem sulphure ... ad in ferrum. Ex bono autem argento vivo et sulphure non bene commixto stagnum ... in ... et ... ex sulphure fetido ac debili plumbum. Hec sunt operationes quas natura facit in mineralibus et has alkimiste conantur imitari. Quedam etiam alia generantur in mineralibus terre quorum quedam pertinent inter spiritus et quedam inter corpora sicut alumen et atramentum. Naturalis igitur ista secundum prefatum modum negotiatur alkimia et est hec eius materia.

Cap. Utrum huiusmodi artis scientia vel opus vera sit an falsa.

Ex predictis libris videtur quod alkimia quodammodo falsa sit sed tamen ab antiquis philosophis qui ab artificialibus suis temporibus probatur esse vera. Utique aurum et argentum secundum illam non quidem fit [?] ... materiebus quibus permixta sunt vel inclusa quodammodo per ignem segregari vel excludi. Nam quod ... est cuprum intinctus est aureus tamquam ... Avicenna in libro de anima. Quidam ... dicunt quod non est alkimia sed ars ipsa magica. Philosophi dicunt quod est et hoc ipse visus ostendit. Nam ... corporis que per malleum elongantur efficiuntur rubea sicut aurum ... et azezar quod de ustis efficitur est coloris sulphuris ut azezar de ferro rubeum est de cupro citrinum unde scire oportet quod quia omne corpus quod solvitur et inde efficitur azenzar. Fit autem de auro vivo et de sulphure. Denique vitrum efficitur fluens est enim certa ... possit fieri aurum vivum. Et figuli quidem qui vasa terrea faciunt quum mittunt in eis ignem diu efficiuntur vitrea. Dicunt autem isti philosophi quod quia calor solis coquit in ventre terre per centena annorum facit ignis in hora brevi. Sic igitur et nos sulphur et aurum vivum quod calor solis coquit per centena annorum coquimus ad ignem in brevi tempore et inde facimus aurum. Cavent ... illos qui dicunt quod non potest homo trahere genus de alio genere dicimus quod si quis stercus equi mittat in loco ubi calor eum tangit inde procedunt bestie quas dicunt ... et si quis spinam alicuius piscis accipiat et mittat subtus ... ubique ... remanserit in ... cum ... que terre ... dicatur ... Sunt alii qui non concedunt alkimie magisterium dicentes quod decet tunc natura non est ut igne sustineat natura trahi non potest que sustineat igne nec sic potest in re naturali ut rem coloratam discolores et in alium colorem mutes nisi non permaneat nec ad primum reverti possit quia primus color ... et ... delevi et ...

naturam suam verti. Sic et de sapore et
ponderibus quibus ad primam videmus vinum de
vitro quod terra quidem delectatur cito adigne
sed quamdiu tangit eam ignis efficitur fortius
non cum sit ignis vinum super vitro. Detinet
tucia non dubius quod cuprum quod cum tucia miscetur
citrinum inde auricalcum efficitur cum capillis
aut impositum efficitur aurum et numquam colo
rem illum amittit quem recipit quod cum
tucia impositum est. Acetum anima super ea
mutatur in vitro quia vitrum non est de co
lore tuo nec de sapore in deponderatione. Sic
et de re dulci efficitur amara de alba nigra
et sic de ceteris proprietatibus corporum. Denique
non putes quod ego traham metallum de specie
sua ad aliud genus quod alienum sit sibi cum
sit primum quia nec si illud non esset in na
tura illam mutari non posset. Adhuc autem
est una ratio probatio verum fortitudo. Dur
cum plus valent saphiri quedam et alii la
pides quam alii et vitri simili, et quia effi
ciuntur in loco valde calido locis cum orientis
vel frigidi lapides inveniuntur est proximus
solis. Sic et vitrum quanto plus tangitur a ca
lore solis tanto magis valet. Itaque et la
pis mineralis qui magis sustinet ignes
aliorumque labores et tarde frangitur ille plus
valet sicut aurum plus quam argentum et argen
tum plus quam cuprum et cuprum quam stagnum
et stagnum quam plumbum et ferrum quam plumbum.
Duodecima vero alkimie que dicitur de anima

Capitulum XIII de artificibus materia instrumentis

Huius artis inventores fuerunt. Doctri
Adam, Noe, Uedit (?), Sibilla, Cora, Moy
ses, Cato, Virgilius, Aristoteles, Alex
ander, Job, Jahie (?), Razi, Marienus, Albuma
zar, Johannes evangelista, Barnabas et
Silibitus (?) Cardinales, Dulis archiepiscopus
hic appellatus Egidius magister hospitalis
qui traxit librum de Doxov (?) lapidibus
Andrasicus (?) cola (?) eius raphicus (?) Damicus
et Jacob arauti (?) iudeus qui nec in arte
ista non pauca docuerunt. Petrus quoque
et Durandus monachi. Dixit autem Jahie
hec esse necessaria in magisterio alkimie sul
phur, auripigmentum, argentum vivum, sal
armoniacum, sal gemmae, sal commune, sal
alcali, vitrum, vitriolum, alumen, acetum,
urinam, capillos, ova, sanguinem, spuma stan
ni et alia que cum malleo elongantur
in doctrina alkimie. Adhuc autem artis
opera exercenda facere oportet diversa genera
vasorum furnorum vel lutorum ignium ac lutorum et
huius. Nam ubi genera solutionis corporum vel
spiritum. Solutionis instrumenta multa sunt
quorum unum dicitur venter equi de quo supra

dictum est et fit in duobus vasis in quorum
uno est aqua in alio fimus equi et est
fiala cum medicina statim in furnello
et desuper comburitur levis ignis ne aqua
tamen evaporet et ne bulliat. Quibus est
canalis per quem additur que minuitur. So
lutiva quoque corporum multa sunt ut a
qua humana vel humorum corporum distil
lata per alembicum simile aqua quoque armo
niaci sed salem commune in aqua cum bulli
tione dissolutum et per alembicum distillatum
solvit. Et dicitur quod eius usus supernus in ipso.

Capitulum XIIII de igne multiplici

Est autem ignis multiplex et eius
qualitas diversa per quosdam gradus di
stincta. Quidam enim est ignis cali
dus in primo gradu et humidus in secundo. Sicut
ignis ventris equi de quo in precedenti
capitulo distinctum est cuius proprietas est
quod non destruit oleum sed augmentat per
suam humiditatem. Nam alii destruunt propter
siccitatem. Hunc ergo non appellatur alius in
mundo vel naturalis ignis comparabilis. Secundus
similiter ignis quidem solis calidus est
in eodem gradu sed siccus est. Hic autem est
qui domat venenum et decantata res fit ac
cuitur sicut puer cum datur in principio
lac. Nam puer per calidum et humidum aug
mentatur sic et igni equi augmentus ole
um sua humiditate. Figit autem lapidem
non lapidem suo calore. Est preter hos
duos et alius qui est talis et sicut in primo
gradu ut ignis furni post panis de
tractum sic fundit leviter et non comburit
quia non est in eo flamma nec fortitudo
caloris. Calor enim paulatim declina
do recedit sed si starent simul figeret mater
pe vel potius corpus. Ignis autem equi non
fundit nec comburit sed domat et hu
midum augmentat. Est etiam quartus fur
ni fusionis sic fundit et figit nec autem
comburit quia flammalis est nec differt
a precedenti vel quia minor est calor con
tinuus in illa non spiritus dicitur flammalis
et est ea et sic in tertio gradu sic calcinat tamen
et non fundit sed ad compacionem auri et
argenti et aliorum corporum in eodem gradu
vel ultra et est ignis in furno calcina
tionis. Potius est ea et sic in tertio gradu et
sic fundit et figit fortiter mollificando cor
pora nec dissipat ea vel diffugit sic
est ignis furni fusionis in eodem gradu et
ignis follium qui corpora dissipat et dif
fugit ac fundit et hic est ignis flamma
lis quia in eo sola flamma operatur et
non dissipat sicut est ignis vitrearum

et hic differt ab igne furni fusionis quia
in illo operatur substancia ignis scilicet carbones et
flamma lignorum hoc etiam est in eodem quo
de cum precedentibus succedens quoque
gradui vocatur scilicet qui est omnibus magis ut
ignis ad fundacionis id est examinacionis hic
fundit comburit dissipat et distingit ma
lum salvat et rectificat bonum et est quasi
iudex discernens iustum ab iniusto ignis
in quibus admiscetur Explicit liber iii methe
ororum aristoteles in additis Ca^m^ cix

Corpora de corporibus mineralibus

Mineralia in quatuor species dividuntur
scilicet in lapides liquefactiva et sulphu
rea et sales Horum quedam sunt rare
substancie et debilis composicionis quedam non
substancie fortis et quedam ductilia quedam
non Eorum que sunt debilis substancie que
dam sunt sales ut que liquefiunt solu
do levius ut auricalcantum sal armonia
cum Quedam unctuosa nec fiunt solo
humore liquescunt ut sulphur auri
pigmentum sed argentum vivum est de parte se
cunda quia de elementis ductilium et ali
quibus ductilibus similiter Sunt autem omnia
ductilia liquabilia erit multum non duc
tilia ut liquabilia nec mollificantur nisi
cum magna violencia Est autem ma
teria ductilium substancia aque admixta cum
substancia terre forti mixtura ita quod non potest
unum ab altero separari Et gelat substancia illius
cum frigore post actionem caloris in ipsam
que est optimus et erit complementum ala
pidea non de speciebus mineralibus maliter
sunt aque non tamen gelantur aqua
sola sed cum siccitate que alterat aquosita
tes ad siccitatem nec est in eis humor
que non dum gelavit propter suam unc
tuositatem ideo ductile est Alia unctuosa
et ideo non ducunt et quia coagulacio
eorum est ex siccitate non solvuntur ut mal
cum nisi cum ingenia naturalia Salem
autem et sal armoniacum fit de genere sal
nisi quia ignis in sale armoniaco magis
est quam terra unde et totum sublimatur
et ipsum est aqua cum ignis fumus ca
lidus nimium subtilis multe igneitatis
et est coagulatum ex siccitate quo spiritus
non sulphureorum mixta est cum terra
forti commixtione cum fermentacio caloris
donec facta sunt unctuosa et postea coa
gulata sunt ex frigore Atramentum
non composita sunt ex sale et sulphure
et lapidibus et est in eis vis aliquorum
corporum liquabilium que eciam sunt ut cal
cantum et alachazinati (?) comunioribus gra
nis attramenti enim solum nisi falsedo

eius de eo quod est in illo sulphureum et
postea coagulat illud quod iam incepit
fieri minerale in aliquibus corporibus
quod ideo cepit unum scilicet cum erit rubeum a
creacionem Alterum autem cum creatum erit viri
de unde possibile est ista duo artificia
aliter fieri Avicenna in libro de anima Ca^m^ cx

De metallis et corporum creacione

Dicunt physici quod ea sunt res que cum malleo
elongari possunt ad formam scilicet Sol
id est aurum luna id est argentum stagnum et fer
rum plumbum et creantur naturaliter sub
tus terram. Aurum enim sic fit in ventre
terre cum calore magno solis de auro
vivo pulcro cum sulphure rubicundo
claro absque lapidibus coacto ingenium
dicuntur. Similiter argentum efficitur de auro
vivo et claro et de sulphure claro coc
tis per centum annos Cuprum autem de auro
vivo grosso et de sulphure rubeo gros
so coctis per centena annorum sed auro qui
dem minus coctum est indurata ideo
nec ignis nec aer nec terra nec aqua de
let illud Argentum autem crudum est et non
coctum ideo non delet eum terra nisi per an
nos multos sed ignis cito consumit eum
plumbum autem dicunt physici subtus terram
de auro vivo grosso et spisso et de sul
phure pessimo ac mixto crudo paro
cocto et plumbum quidem in tactu de pes
sima natura est quod cum odore suo fran
git aurum et fugit aurum enim quia qui
solvunt aurum si dent ei odore de plumbo
vertitur in aliud Stagnum non fit de au
ro vivo spisso et de sulphure rubeo spis
so minus cocto Explicit de calcibus et salibus Ca^m^ cxi de auro

Aurum est corpus metallicum
et longo omnibus corporibus rarum
corpus ac dominum nec terra nec aqua
nec aere nec igne corrumpitur nec mig
ne minuitur sed rectificat cum ignis et ipsum
mergitur nec comburit ipsum sulphura que
comburunt alia corpora quia natura eius
complexio recta est equalis clara magna
complete sunt nature quatuor et equa
te ita quod in eo non est additio neque dimi
nucio Unde propter contulerunt ipsum sapien
tes et posuerunt loco corporum celi
magni quia substancia est stans et permanens
fixa quod in infectum Est autem comparacione so
lis et est in corporibus sicut sol in stellis
quia sol est rex stellarum ac lumen earum
et per eum complentur res terre et plantis ac
fructibus ac minus per ipsum crescit et
additur essencia corporum similiter aurum in
corporibus retinet omne corpus et cum
eo retinetur et est fomentum duorum elixir

rubei et albi que non nisi proprie rectifi-
cantur et complentur sicut nec pastam
perficiunt. Avicenna in suis. Aurum multi-
plex est scilicet naturale magistrale vinci-
zar abrizum colon et aliis modis et
illud quidem quod est de alexir naturale magis-
litas quedam quasi quadrivium investigatur. Est enim sapientia rerum que sunt suique inmutabilitate substantiam sortiuntur comprehensio veritatis. Esse autem illa dicimus que nec intencione crescunt nec retractione minuuntur nec variationibus permutantur sed in propria semper vi sue se nature subsidiis nixa custodiunt. Hec sunt qualitates quantitates forme magnitudines parvitates equalitates habitudines actus disposiciones loca tempora et quicquid adunatum fuit quodammodo corporibus invenitur. Que ipsa quidem natura incorporee sunt et immutabilis substancie ratione vigentia participatione vero corporis permutantur et tactu variabilis rei in vertibilem inconstanciam transeunt. Horum igitur id est que sunt proprie sua nomine essencie nominantur sciencia sapientia perhibetur. Essencie autem gemine sunt una continua hec est magnitudo alia discreta hec est multitudo utramque subdividit sicut supra dictum est. Similiter in hoc libro secundo capitulo inquisitor veri animum non potest. Illud quoque addiderim arbitror quod cunctarum multitudinis ab uno progressa termino ad infinita progressionis augmenta concrescit. Magnitudo vero a finita inchoans quantitate modum in divisione non recipit. Infinitissimas enim sui corporis recipit sectiones. Hanc igitur naturae infinitatem indeterminata quoque potencia philosophia sponte repudiat. Nichil enim quod infinitum est vel sciencia potest colligi vel mente comprehendi. Sed hinc sumpsit sibi ipsa ratio in quibus posset indagatricem veritatis exercere solertiam. Delegit enim de infinite multitudinis pluralitate finite terminum quantitatis. Interminabilis magnitudinis sectione recepta definita sibi ad cognitionem spacia deposcit. Hic quod illud quadrivium est quo hiis viandum sit quibus excellentior animus a nobiscum procreatis sensibus ad intelligencie certiora perducitur. Sunt enim quidam gradus certeque progressionum dimensiones quibus ascendi progredique possit ut illum animi oculum qui ut ait Plato multis oculis corporalibus salvari constitui quod sit dignior quod eo solo lumine investigari vel inspici veritas invenit. Hunc inquam oculum demersum orbatumque corporis sensibus hec disciplinae rursus illuminent. Ricardus in suma.

Cap. iii. De speciebus mathematice

Mathematica ut dictum est quantitatem abstractam considerat. Porro abstracta quantitas nichil aliud est quam forma visibilis secundum lineamentum dimensionum animo impressa. Quantitas autem alia est discreta que multitudo dicitur ut grex populus. Alia continua que magnitudo appellatur ut arbor lapis. Rursus multitudo

Alia discreta per se ut duo tria quatuor et alia discreta ad aliud ut duplum quadruplum. Magnitudinis vero alia immobilis ut sphera terre, alia mobilis ut sphera firmamenti. Multitudo discreta per se materia est arithmetice, multitudo discreta ad aliud materia est musice. Magnitudo immobilis materia est geometrie, mobilis est astronomie. Sunt ergo hee iiii^or species mathematice. Arithmetica tractat de numeris, musica de proportione, geometria de spaciis, astronomia de motu. Elementum arithmetice est unitas, musice unisonum, geometrie punctum, astronomie instans. Itaque arithmetica est numerorum scientia, musica est plurimum dissimilium in unum redactorum concordia. Geometria est disciplina magnitudinis immobilis formarumque descriptio contemplativa, per quam uniuscuiusque rei terminum declarari solet. Astronomia est disciplina magnitudinis mobilis, investigans spatia motus et recursus celestium corporum cum temporibus. Arithmeticam scriptores secularium litterarum inter mathematicas disciplinas ideo primam esse voluerunt, quia ipsa ut sit nulla alia indiget disciplina. Musica autem et geometria et astronomia que secuntur, ut sint atque subsistant, istius auxilio indigent. Ex libro de divisione scientiarum. Scientia doctrinalis id est mathematica in iiii^or partes dividitur, que sunt arithmetica, geometria. Scientia de quantitatibus, scientia de stellis, musica. Scientia de ponderibus. Scientia de ingeniis. Boecius in musica. **Cap. iiii. de primatu arithmetice.**

Que ergo ex hisce prima discenda est, nisi ea que principium matrisque quodammodo ceteris obtinet portionem? Hec est autem arithmetica. Hec enim cunctis prior est, non modo quod hanc ille huius mundane molis conditor deus primam sue habuit ratiocinationis exemplar, et ad hanc cuncta constituit quecumque fabricante ratione per numeros assignati ordinis invenere concordiam, sed eciam quia quecumque priora natura sunt, his sublatis simul posteriora tolluntur. Quod si posteriora pereant, nichil de statu prioris substancie permutatur, ut animal prius est homine. Nam si tollas animal, statim quoque hominis natura deleta est. Si hominem sustuleris, animal non peribit. Et e contrario ea semper posteriora sunt que secum aliud inferunt, priora vero que cum dicta sunt nichil secum de posterioribus trahunt, ut in eodem homine. Hoc idem in geometria et arithmetica contingit. Si enim numeros tollas, unde triangulum vel quadratum, vel quicquid in geometria versatur, que omnia numerorum denominativa sunt. At vero si quadratum triangulumque sustuleris, omnisque

geometria consumpta sit, iii et iiii aliorumque numerorum vocabula non peribunt. Musica vero quam prior sit numerorum vis, hinc maxime probari potest, quod non modo illa natura priora sunt que per se constant quam illa que ad aliquid referuntur, sed eciam ea ipsa musica modulatio numerorum nominibus adnotatur. Diatessaron enim et diapente et diapason ab antecedentis numeri nominibus nuncupantur. Ipsorum quoque sonorum adversum se proporcio solis numeris aliis non reperitur. Ipsa quoque numerorum natura omnis astrorum cursus omnisque astronomica ratio constituta est. Sic enim ortus occasusque colligimus, sic tarditates velocitatesque errantium siderum custodimus, sic defectus et multiplices lune variaciones agnoscimus. Ricardus ubi supra. Prima ergo mathematicarum est arithmetica, quia in proporcione in spacio in motu numerus invenitur, sed non econverso, in numero enim proporcio vel spacium aut motus invenitur [illegible] et ideo eciam arithmeticam primam de iiii^or mathematicis disciplinis esse probat Ysidorus in libro iii ethymologiarum. **Cap. v. de diffinitione arithmetice.**

Arithmetica est disciplina numerorum. Greci namque numerum rithmon dicunt, quam apud grecos primum conscripsisse Pythagoram autumant, ac postmodum a Nichomacho diffusius esse dispositam, quam apud latinos primus Apuleius, deinde Boecius transtulerunt. Alpharabius ubi supra. Arithmetica est scientia de numeris. Numerus autem duobus modis consideratur, nunc cum materia, nunc sine, et arithmetica alia est practica, alia theorica. Practica inquirit de numeris secundum quod aliquid eis numeratur, sicut utuntur eis in negotiacionibus. Theorica vero de numeris secundum quod mens percipit illum absolute, abstractum ab omni motu, et ideo considerat ea que accidunt ei, ut quod alius est alius, aliusque impar, et alius est superfluus et alius diminutus. Et hic utrasque, tam illarum sunt partes, duas practice namque partes sunt: scientia coniungendi numeros et scientia disiungendi. Et illa quidem que docet coniungere duas, alia est scientia congregandi, alia vero congregandi, alia vero multiplicandi, alia duplicandi. Illa vero que disiungere docet, alia est scientia minuendi, alia mediandi, alia dividendi. Scientia vero radicis inveniendi subintrat continueque radix inveniendo dividendo et multiplicando. Quemadmodum autem practice species multe sunt: alia namque est scientia vendendi et emendi, alia mutuandi et commodandi, alia conducendi.

et locandi alia appendendi commutandi et alie multe doctrine plenissime fiunt in libris qui apud arabes ... dicitur. Ysidorus ut supra. Ca. vi De numero et c.

Numerus autem est multitudo ex unitatibus constituta. Nam unum semen numeri esse, non numerum. Numerus nummo nomen dedit, et a sui frequentatione vocabulum indidit. Ratio numerorum contempnenda non est. In multis enim sacrarum scripturarum locis quantum misterium habent elucet. Non enim frustra in laudibus Dei dictum est: Omnia in mensura et numero et pondere fecisti. Senarius namque, qui partibus suis perfectus est, perfectionem mundi quadam numeri sui significatione declarat. Similiter et xl dies quibus Moyses et Helias et ipse Dominus ieiunaverunt sine numerorum cognitione non intelliguntur. Sic et alii in scripturis existunt numeri, quorum figuras non nisi noti huius artis scientie solvere possunt. Datum est etiam nobis ex aliqua parte sub numerorum consistere disciplina, quando horas per eam dicimus, de mensium curricula supputamus, quando spatium anni redeuntis agnoscimus. Per numerum siquidem ne confundamur instruimur. Tolle numerum in rebus omnibus et omnia pereunt. Adime seculo computum, et cuncta ignorantia ceca complectitur, nec differri potest a ceteris animalibus qui calculi nescit rationem. Boetius ut supra. Omnia quecumque a primeva rerum natura constructa sunt numerorum videntur ratione esse formata. Hoc enim fuit principale in animo conditoris exemplar. Hinc enim quatuor elementorum multitudo mutuata est, hinc temporum vices, hinc motus astrorum celique conversio. Numerus est unitatum collectio vel quantitatis acervus ex unitatibus profusus. Huius ergo prima divisio est in parem et imparem. Par quidem est qui potest in equalia duo dividi, nullo medio intercedente. Impar vero qui hoc nullus in equalia dividit, eo quod in medio predictus unus intercedat. Et hec huius alternitatis species sunt diffinitiones. Dicitur imparem numerum esse qui unitate differt a pari vel crescendo vel diminuendo. Item par numerus est qui unitate differt ab impari vel crescendo vel diminutione. Ysidorus ubi supra. Numeros autem infinitos esse certissimum est, quoniam in quocumque numero finem faciendo putaveris, idem ipse non dico uno addito augeri, sed quamlibet sit magnus et quamlibet ingentem multitudinem continens, in ipsa ratione atque scientia numerorum non solum duplicari verum etiam multiplicari potest. Ita vero suis quisque numerus proprietatibus terminatur, ut nullus eorum par esse cuicumque alteri possit. Ergo dispares inter se atque diversi sunt, et singuli quique finiti sunt, et omnes infiniti sunt. Boetius ut supra. Ca. vii De pluralitate unitatis

Omnis quoque numerus circa se positorum et naturali sibimet dispositione iunctorum medietas est. Et qui super duos illos sunt qui cum medio iunguntur si componantur, etiam horum summe eius medietas numerus est. Et rursus illorum qui sunt super secundo loco medietas est, ... quod est, et sic usque dum occurrens unitas terminum faciat. Ut si ponat quis quinarium numerum, circa quem sunt quatuor et sex, hii ergo si iuncti fiunt faciunt x, quorum v medietas est. Hii autem circa eos sunt iii et vii, in eadem medietate sunt. Horum v medietas erit. Rursus istorum qui ab his circa positi sunt, si iungantur, etiam hii quinarii numeri dupli erunt. Nam super tres sunt duo, super vii sunt viii. Hii ergo si iuncti sunt faciunt x, quorum quinarius medietas est. Hoc idem in omnibus numeris evenit usque dum ad unitatis terminum perveniat. Sola enim unitas circa se duos terminos non habet, atque ideo eius qui iuxta se est solum medietas est. Nam iuxta unum solus binarius naturaliter constitutus est, cuius unitas medietas est. Quare constat esse primam unitatem cunctorum qui sunt naturali dispositione numerorum, et eam rite totius quamvis prolixe genitricem pluralitatis agnosci. Ysidorus ut supra. Ca. viii De speciebus numeri

Numerus dividitur in paribus et imparibus. Par numerus dividitur in his: pariter par, pariter impar, impariter par. Impar numerus dividitur in his: primum et simplicem, secundum et compositum, tertium mediocrem, qui quodammodo primus et incompositus est, alio modo secundus et compositus. Par numerus est qui in duabus equis partibus dividi potest, ut duo, quatuor et octo. Impar vero numerus est qui dividi equis partibus nequit, uno medio deficiente vel superante, ut tres, quinque, septem, novem et reliqui. Pariter par numerus est qui secundum parem numerum pariter dividitur quousque ad indivisibilem perveniat unitatem, ut puta sexaginta quatuor habent medietatem triginta duos, hic autem sedecim, sedecim vero octo, octonarius quatuor, quaternarius duos, binarius unum, qui singularis et indivisibilis est. Pariter impar numerus est qui in partes equas recipit sectionem, sed partes eius mox indissecabiles permanent, ut sex, decem, xxxviii, quinquaginta. Mox enim hunc numerum diviseris incurris in numerum quem secare non possis

impar par numerus est cuius partes etiam dividi
possunt sed usque ad unitatem non perveniunt
ut xxiiij quorum xij cum ad medietatem dividi
xij fecerint · deinde in aliam medietatem
sex deinde in aliam tres ulterius divisionem
non recipit illa sectio sed ante unitatem
invenit terminum quem solvere non possis. Impar
impar est qui aliquo numero impare mensuratur
ut xxv xlix. Quidam sunt impares numeri
a numeris etiam dividuntur ut septies
septem quadragies novem et quinquies quin-
quies viginti quinque. Imparium numerorum alii sunt
simplices alii compositi alii mediocres.
Simplices sunt qui nullam aliam partem
habent nisi solam unitatem ut ternarius solam
terciam quinarius solam quintam et septe-
narius solam septimam his enim haec una
sola est. Compositi sunt qui non sola unita-
te metiuntur sed etiam alio numero procreantur
ut xv quindecim xxv. Dicuntur enim ter
quini et septies terni et quinquies quini. Me-
diocres numeri sunt qui quodammodo simpli-
ces et incompositi esse videntur aliquo modo
compositi ut ix quando ad xxv cum co-
paratus fuerit primus est et incompositus quia
non habet communem numerum nisi solam uni-
tatem. Ad quindenarium vero si fuerit comparatus
fit secundus est et compositus quoniam est illi
communis numerus praeter monadicum id est ternarius
numerus qui ix metitur ter et xv quinquies.
Item parium numerorum alii sunt superflui alii
diminuti alii perfecti. Superflui sunt quorum
partes simul ductae plenitudinem suam ex-
cedunt ut puta duodenarius habet enim
partes v · duodecimam quae est unum · sextam
quae duo · quartam quae tria · terciam quae iiij ·
dimidiam quae sex · unum enim et duo et tria
et quatuor et sex simul ducta sedecim
faciunt et longe a duodenario excedunt.
Perfectus numerus est qui suis partibus adimpletur
ut senarius habet enim partes tres sextam et
terciam et dimidiam. Sexta eius unum est ter-
tia duo dimidia tres. Hae partes in summam duc-
tae id est unum et duo et tria simul eundem tan-
tum perficiunt et faciunt scilicet senarium. Sunt autem
perfecti numeri intra decenarium sex intra cente-
narium xxviij intra millenarium quadrin-
genta nonaginta sex decetero. Ca. ix de

computo et algorismo et cetera

Computus dicitur a computando id est numerando unde
quilibet computator potest dici computista
large sumpto vocabulo. Proprie vero computus
dicitur scientia temporum distinctiva secundum
motum solis et lunae tum determinatam certorum
quae in kalendario sunt festorum et in eo
secundum lunam dependentibus sufficiant quae in regulis
computi ea quae dicta sunt superius in libro
de kalendis quae satis sunt insignia
et computi et cetera. Dicitur ergo computus non
quia tantum computare doceat sed quia diffi-
ciliora quaedam in eo computando reser-
vantur. Quod ad intelligentiam computi
cuiuscumque maioris et minoris utilia est in eo scilicet
algorismum scilicet propter minutias temporum et
cuiuslibet alterius rei variabilis ad summam
facilius redigendas hic pauca de algoris-
mi figuris fuerunt annotanda sunt. Nu-
merorum quidam digitus alius articulus
alius vero compositus. Digitus est quili-
bet numerus qui potest reputari per unicam figu-
ram. Articulus est numerus decuplus ad ali-
quem. Compositus numerus est ex digito et articu-
lo. Ad numeros istos repraesentandos inventae
sunt ix figurae tales 9 · 8 · 7 · 6 · 5 · 4 · 3
2 1 quae ad dictam latinorum scribende
sunt a dextra in sinistram hoc modo talis est
ordo quaelibet in primo loco posita significat
unitatem vel unitates. In secundo
denarium vel denarios. In tertio centena-
rium vel centenarios. In quarto millenarium
vel millenarios et ut breviter loquar quae-
libet figura posita in secundo loco significat
in se decies magis quam si esset in primo
et decies magis in tertio quam in secundo
et sic in infinitum. Sed non omnis istis figu-
ris reputari potest quilibet numerus quia de ma-
iori deficere videtur. Non possumus his
figuris reputare x. Si enim scriberemus
figuram unitatis in primo loco et eandem
in secundo fierent xj secundum legem praedictam.
Item si scriberemus figuram unitatis in primo
loco et figuram nonenarii in primo loco
et figuram unitatis in secundo fierent xix
secundum eandem regulam praedictam et ideo
decima figura talis 0 quae cyffra
appellatur. Quae per se nihil reputat sed posita
in primo loco facit aliam figuram esse in
secundo loco et sic plus decem
plus significat quam si esset in primo unde
per factam vero hanc hic ergo figura posita
solum reputat x. Ipsa enim in primo loco
posita facit figuram unitatis esse in secundo
quae ibi significat x ut
scribebat. Sed hoc satis brevius sunt species
additio · subtractio · duplatio · dimidiatio
multiplicatio · divisio · de quibus in
regulis propriae regulae datae sunt de algoris-
mo sed eas ad praesens brevitatis causa prae-
mitto dicendas ut supra. Ca. x de musica

Musica est plurium dissimilium
in unum redactorum concordia. Aliter
musica est
rationibus ut supra. Musica comprehendit
cognitionem specierum armonie et illius dogma
comparavit et quibus modis consonantiis
supra. Musica est scientia modulationis seu
modulationis cantus quae consistens in dictamine musicalis tantum et cetera

[de]precationum animis eius que aut appellate sunt apotelesmata (?) i. a quando q. preces sicut antiqui voluerunt nisi carminum cantibus modulatio quereretur. Huius artis repertorem greci Pytagoram vocant. Alii vero Linum thebeum et Zetum et Amphion primos in ea claruisse ferunt. Post quos paulatim multipliciter aucta est eratque tam turpe musicam nescire quam litteras. Interponebatur autem non modo sacris sed et omnibus sollempnibus cunctisque letis vel tristioribus rebus. Sicut enim in veneratione divina hymni sic in nuptiis hymenei et in funeribus treni et ad tybias quedam lamenta canebantur et tam laudes singulis convivale cantica recinebantur. Itaque sine musica nulla disciplina potest esse perfecta. Nichil enim sine illa. Nam et ipse mundus quadam armonia sonorum fertur esse compositus et celum ipsum sub armonie modulatione revolvi. Musica movet affectus, provocat in diversum habitum sensus. In preliis quoque tube concentus pugnantes accendit et quanto vehementior fuit clangor tanto fit ad certamen animus fortior. Siquidem et remiges cantus hortatur. Ad tollerandos quoque labores musica animum mulcet et singulorum operum fatigationem modulatio vocis solatur. Excitatos quoque animos musica sedat sicut de David legitur qui a spiritu immundo Saulem arte modulationis eripuit. Ipsas quoque bestias, etiam serpentes, volucres, delphinos ad auditum sue modulationis musica provocat. Sed et quicquid loquimur vel intrinsecus venarum pulsibus commovemur per musicos rithmos armonie virtutibus probatur esse sociatum. Boecius in musica l. i°.

Ca. xxi De potentia musice

M[...] aurib[us] [illegible] captat ut non modo [illegible] capiat [illegible] cognoscat. Cum enim delectetur sepius si dulcibus coaptati modi sint, angatur vero si dissipati atque incoherentes feriant sensum. Unde fit ut cum sint quatuor matheseos discipline, cetere quidem ad investigationem veritatis laborent, musica vero non modo speculationi verum etiam moralitati coniuncta sit. Nichil est enim tam proprium humanitati quam remitti dulcibus modis, astringi contrariis, idque non sese in singulis vel studiis vel etatibus tenet ut nulla omnino sit etas que a cantilene dulcis delectatione seiuncta sit. Hinc etiam internosci potest non frustra a Platone dictum sit mundi animam musica convenientia fuisse coniunctam. Cum enim eo quod in nobis est iunctum convenienterque coniunctum est eo quod delectamur nos quoque ipsos eadem similitudine compactos esse cognoscimus. Amica est enim similitudo, dissimilitudo odiosa atque contraria. Hinc etiam morum quoque maxime permutationes fiunt. Lascivus quippe animus vel ipse lascivioribus delectatur modis vel sepe eosdem audiens emollitur aut frangitur. Rursus asperior mens vel incitatioribus gaudet vel eisdem asperatur. Hinc est quod modi etiam musici gentium vocabulo designati sunt, ut lidius modus et frigius. Quo enim quasi una queque gens gaudet eodem modus ipse vocabulo nuncupatur. Gaudet vero gens modis morum similitudine. Neque enim fieri potest ut mollia duris, dura mollioribus adnectantur aut gaudeant, sed amorem delectationemque ut dictum est similitudo conciliat.

Ca. xxii De abstinendo a mollicie musica

Unde Plato etiam maxime cavendum existimat ne de bene morata musica aliquid permutetur. Negat enim esse posse ullam tantam morum in re publica labem quam paulatim de pudenti ac modesta musica invertere. Statim enim idem quoque audientium animos pati paulatimque discedere nullumque honesti ac recti retinere vestigium, si vel per lasciviores modos inverecundum aliquid vel per asperiores ferox atque immane mentibus illabatur. Nulla enim magis ad animum disciplinis via quam auribus patet. Cum ergo per eas rithmi modique ad animum usque descenderint, dubitari non potest quin equo modo mentem atque ipsi sunt afficiant atque conforment. Id vero intelligi etiam in gentibus potest. Nam que asperiores sunt, Getarum durioribus delectantur modis; que vero mansuete, mediocribus. Quoniam vero lascivum ac molle est genus humanum, totum scenicis ac theatralibus modis tenetur. Fuit vero pudens ac modesta musica dum simplicioribus organis ageretur. Ubi vero varie permixteque tractata est, amisit gravitatis atque virtutis modum et pene in turpitudinem prolapsa minime antiquam speciem servat. Unde Plato precipit minime oportere pueros ad omnes modos erudiri sed potius ad valentes et simplices. Atque hoc maxime retinendum illud scilicet quod si quolibet modo per parvissimas mutationes aliquid permutaretur, vetus quidem minime sentiri, post vero magnam facere differentiam et per aures ad animum usque delabi. Ideo tantam magnam esse custodiam rei publice Plato arbitratur musicam optime moratam pudenterque coniunctam atque ut sit modesta ac simplex et mascula, non effeminata nec fera nec varia etc.

Ca. xij de variis effectibus musice [illegible]

Quanti autem apud antiquos fuerit musice diligentia ut etiam animos quoque obtinere arbitrarentur. Vulgatum quippe est quam sepe iracundias cantilena represserit, quam multa vel in corporum vel in animorum affectionibus miranda perfecerit. Cui enim est illud ignotum quod Pitagoras ebrium adolescentem Tauromitanum subfrigii modi sono incitatum spondeo succinente reddiderit mitiorem et sui compotem. Nam cum in rivalis scortum domo esset clausum atque ille furens domum vellet amburere, cumque Pitagoras stellarum cursus ut mos ei nocturnus erat inspiceret, ut intellexit sono frigii modi incitatum multis amicorum monitionibus a furore nolle desistere, mutari modos precepit atque ita furentis animum adolescentis ad statum mentis pacatissime temperavit. Quod scilicet Marcus Tullius commemorat in eo libro quem de temporibus aliis libris composuit. Sed ut similia breviter exempla conquiram, Terpandrum atque Arion Methimneus Lesbios atque Iones gravissimis morbis cantus eripuere presidio. Ismenias vero Thebanus Boeciorum pluribus quos sciatici doloris tormenta vexabant modis fertur cunctas abstersisse molestias. Item Empedocles cum eius hospitem quidam gladio furibundus invaderet quod eius ille patrem accusatione dampnasset, inflexisse dicitur modum canendi itaque iracundiam adolescentis temperasse. In tantum vero prisce philosophie studiis vis musice artis innotuit ut Pitagorici cum diurnas in somno resolverent curas quibusdam cantilenis uterentur ut eis lenis et quietus sopor irreperet. Itaque experrecti aliis quibusdam modis stuporem somni confusionemque purgabant, id nimirum scientes quod tota nostre anime corporisque compago musica coaptatione coniuncta sit. Nam ut sese corporis affectus habet ita etiam pulsus cordis motibus incitantur.

Ca. xiij ad idem de eodem

Itaque non potest dubitari quin nostre anime et corporis statum eadem quodammodo proportio videatur esse compositum quibus armonicas modulationes posterior disputatio coniungi copularique monstrabit. Inde enim est quod infantes cantilena dulcis delectat, aliquid vero asperum atque immitti ab audiendi voluptate suspendit. Nimirum id etiam omnis etas patitur omnisque sexus, que licet suis actibus distributa sint, tamen una musica delectatione coniuncta sunt. Quid enim fit cum in fletibus luctus ipsos modulantur dolentes, quod maxime muliebre est, ut cum cantico quodam dulcior fiat causa deflendi. Id vero etiam fuit antiquis in more ut cantus tibie lugubribus preiret exequiis. Testis est Papinius Statius hoc versu: Cornu grave mugit adunco tibia, cui teneros suetum producere manes. Et qui suaviter canere non potest, sibi tamen aliquid canit, non quod eum aliqua voluptate id quod canit afficiat, sed quod quandam insitam dulcedinem ex animo proferentes quoquomodo proferant delectantur. Nonne illud etiam manifestum est in bella pugnantium animos tubarum carmine accendi? Quod si verisimile est ab animi pacato statu quempiam ad furorem atque iracundiam posse proferri, non est dubium quin conturbate mentis iracundiam vel nimiam cupiditatem modestior modus possit astringere. Quid quod cum aliquis cantilenam libentius auribus atque animo capit, ad illud etiam non sponte convertitur, ut motum quoque aliquem similem audite cantilene corpus effingat; et quod omnino aliquod melos auditum sibi memor animus ipse decerpat, ut ex his omnibus perspicue nec dubitanter appareat ita nobis musicam naturaliter esse coniunctam ut ea ne si velimus quidem carere possimus. Quocirca intendenda vis mentis est ut id quod natura est insitum scientia quoque possit comprehensum teneri. Sicut enim in visu quoque non sufficit eruditis colores formasque conspicere nisi etiam que sit horum proprietas investigaverint, sic non sufficit cantilenis musicis delectari nisi etiam quali inter se coniuncte sint vocum proportione discatur. Alpharabius ubi supra.

Ca. xv de divisione musice secundum alpharabium

Musica quoque dividitur in activam et speculativam. Active proprietas est invenire armonias sensibiles per instrumenta que parata sunt eis vel natura vel arte. Instrumenta naturalia sunt ut epiglotes et uvula et que in eis sunt. Deinde vero nasus. Artificialia sunt ut fistule, corde, lira et alia talia. Opifex itaque huius artis non format pneumata et armonias et alia corpora accidentia nisi secundum quod sunt in instrumentis quorum actio eius consueta est in eis. Speculativa vero dat eorum scientiam et reddit causas omnium ex quibus componuntur armonie, non secundum quod sunt in materia sed absolute, vel secundum quod remota sunt ab omni instrumento et materia, et accipit ea secundum quod audita sunt ex instrumento vel quocumque corpore accidunt. Dividitur autem scilicet speculativa in quinque partes magnas. Prima est de principiis quorum

Ca. xiij ad idem de eodem — Ca. xv de divisione musice secundum alpharabium

[S]pectat est ut administrent in acceptione eius quod est musica scientia equaliter sit medius in acceptione proportionum illorum. Quare manifesta sit hec ars, et quibus rebus et qualiter comparantur. Secunda vero doctrinalis est. Dicitur in doctrinalibus huius artis secundum inveniendi principia et cognoscendi melos ac species eorum et declarandi proportiones eorum ad invicem. Docet etiam species ordinum ac situm eorum quibus parantur ut acceptor accipiat vocis consimiles et componat vocis armonicas. Tertia est de consequentia proportionum in sermonibus et demonstrationibus super species instrumentorum artificialium que preparantur ad acceptionem omnium eorum ac situs eorum mota secundum mensurationem et ordinem que in principiis assignantur. Quarta est de speciebus casuum naturalium que sunt pondera pneumatum. Quinta vero de compositione armoniarum in metrum et illarum que posite sunt in sermonibus metricis secundum ordinationem et equalitatem artis compositis. Docet quomodo penetrabiliores sunt et magis idonee secundum utilitatem intentionis ad quam facte sunt.

Musice. Ca. cxxxi alia divisio eiusdem.

Musice genera sunt tria. Prima quidem mundana est, secunda vero humana, tertia instrumentalis. Mundana musica maxime perspicienda est que in ipso celo vel compage elementorum vel temporum varietate perspicitur. Quo enim fieri potest ut tam velox celi machina tacita silenti cursu moveatur? Et si ad nostras aures sonus ille non pervenit, quod multis fieri de causis necesse est, non poterit tamen motus tam velocissimus ita magnorum corporum nullos omnino sonos ciere, cum presertim tanta sint stellarum cursus coaptatione coniuncti ut nichil ita compaginatum, nichil ita commissum possit intelligi. Namque alii excelsiores alii inferiores feruntur atque ita omnes equali incitatione volvuntur ut per dispares inequalitates ratus cursuum ordo ducatur. Unde non potest ab hac celesti vertigine ratus ordo modulationis absistere. Iam vero nisi elementorum diversitates contrariasque potentias una quedam armonia coniungeret, quo fieri posset ut in unum corpus ac machinam convenirent? Sed hec omnis diversitas ita temporum varietatem parit et fructuum ut tamen unum anni corpus efficiat. Nam quod constringit hyemps, ver laxat, estas torret, maturat autumpnus; tempora vicissim vel ipsa suos afferunt fructus vel aliis ut subministrent auxilium. Humanam vero musicam quisquis in sese ipsum descendit intelligit. Quid est enim quod illam incorpoream rationis vivacitatem corpori misceat nisi quedam coaptatio et veluti gravium leviumque vocum quasi unam consonantiam efficiens temperatio? Quid est aliud quod ipsius inter se partes anime coniungat, que ut Aristotili placet ex rationabili et irrationabili coniuncta est? Quid vero quod corporis elementa permisceat aut partes sibi rata coaptatione contineat? Tertia est musica que in quibusdam consistere dicitur instrumentis. Ea vero administratur aut intentione ut nervis, aut spiritu ut tybiis vel his que ad aquam moventur, aut percussione quadam ut in his que in concava quedam erea feriuntur atque inde diversi efficiuntur soni. Boecius in suis.

Ca. cxxxii subdivisiones eiusdem.

Musica alia mundana alia humana alia instrumentalis. Mundana alia in elementis alia in planetis alia in temporibus. In elementis alia in pondere alia in numero alia in mensura. In planetis alia in situ alia in motu alia in natura. In temporibus alia in annis secundum mutationem veris estatis autumpni hyemis, alia in mensibus secundum incrementum et decrementum lunaribus, alia in diebus secundum vicissitudinem lucis et noctis. Musica humana alia in corpore alia in anima alia in coniunctione utriusque. In corpore alia in vegetabilibus alia in humoribus alia in operationibus: prima quidem convenit omnibus nascentibus, secunda sensibilibus, tertia rationalibus. Musica in anima alia in potentiis ut ratio, alia in virtutibus ut iusticia, fortitudo. Musica in coniunctione utriusque est illa naturalis amicitia qua anima corpori non corporalibus vinculis alligata tenetur. Musica instrumentalis alia in pulsu ut in tympanis et cordis, alia in voce ut in recitationibus et cantilenis. Ex musica li. 1o.

Ca. cxxxiii de diffinitione musice instrumentalis et consonantie.

Consonantia que omnem musice modulationem regit preter sonum fieri non potest. Sonus vero preter quendam pulsum percussionemque non redditur. Pulsus vero atque percussio nullo modo esse potest nisi precesserit motus. Si enim cuncta sint immobilia, non poterit alterum alteri concurrere ut alterum impellatur ab altero, sed cunctis stantibus motuque carentibus nullum fieri necesse est sonum. Idcirco diffinitur sonus ita: sola est percussio aeris indissoluta usque ad auditum. Motuum vero alii sunt velociores, alii tardiores, eorundemque motuum alii rariores sunt, alii spissiores. Nam si quis in continuum motum respiciat, ut hunc velocitate aut tarditate necesse est comprehendat. Sin vero quis moveat manum aut

Ca. cxxxi alia divisio eiusdem — Ca. cxxxii subdivi...

frequenti eum motu movebit. Aut velox et spissus aut rarus et tardus quidam fuit aut varior motus. Qui enim tardus est et rarus necesse est sonos efficit ipsa tarditate et raritate pellendi. Si vero sint motus celeres ac spissi, acutos necesse est reddi sonos. Idcirco eadem corda si intendatur amplius acutum sonat, si remittatur grave. Quando enim tensior est, velociorem pulsum reddit celeriusque revertitur et frequentius ac spissius aerem ferit. Que vero laxior est, solutos ac tardos pulsus effert rarosque ipsa imbecillitate feriendi, nec diu tremit. Neque enim quotiens corda pellitur, unus edi tantum putandus est sonus aut unus in his esse percussus, sed totiens aer feritur quotiens eum corda tremebunda percusserit. Sed quia iuncte sunt velocitates sonorum, nulla intercapedo sentitur auribus, et unus sonus sensum pellit vel gravis vel acutus, quamvis uterque ex pluribus constet. Gravis quidem ex tardioribus et rarioribus, acutus vero ex celeribus ac spissis. Unde liquet adiectione quadam motuum ex gravitate acumen intendi, detractione vero motuum relaxari ex acumine gravitatem. Ex pluribus enim motibus acumen quam gravitas constat. Ca. xxix de sonorum differentiis et speciebus inequalitatis

In equalibus autem pluralitas differentiam facit, ea necesse est inequalitate consistere. Eorum vero que ad se invicem conferuntur partim sibi quedam sunt equalia, partim inequalia. Quo circa soni quidam sunt equales, quidam vero sunt inequalitate distantes. Sed in his vocibus que nulla inequalitate discordant nulla consonantia est. Est enim consonantia dissimilium inter se vocum in unum redacta concordia. Que vero sunt inequalia, quinque modis inequalitatis mensuram custodiunt. Aut enim alterum ab altero multiplicitate transcendit, aut singulis partibus aut pluribus, aut multiplicitate et parte, aut multiplicitate et partibus. Et primum quidem inequalitatis genus multiplex appellatur. Est vero multiplex ubi maior numerus minorem numerum habet intra se totum vel bis vel ter vel quater et deinceps, nichilque deest nichilque redundat. Appellatur quoque duplum vel triplum vel quadruplum atque ad hunc ordinem in infinita progreditur. Secundum genus est quod appellatur superparticulare, id est cum maior numerus minorem habet intra se totum et unam eius aliquam partem, eam vel dimidiam ut iii ad ii, que vocatur sesqualtera proportio, vel terciam ut iiii ad iii, que vocatur sesquitercia, atque ad hunc modum etiam in posterioribus numeris. Tercium genus est quotiens maior numerus totum intra se minorem numerum continet et eius aliquantas insuper partes. Et si duas quidem superhabet, continet vocatur proportio superbipartiens,

ut sunt v ad tria. Si vero tres, vocabitur supertripartiens, ut sunt vii ad iiii, et in ceteris similiter. Praetermittimus duo genera que ex superioribus composita sunt relinquamus. Ca. xxx que species inequalitatis apte consonanciis

Obtinere autem maiorem ad consonancias potestatem videtur multiplex, post hanc superparticularis. Superpartiens vero ab armonie consonancia separat, ut quibusdam preter Ptolomeum videtur. Ea namque pluralis coaptacionem consentanea que sunt natura simplicia, equalitatis ratione inequalitate consistunt, ea maxime videbuntur servare naturam convenientie, que discrete quantitatis proprietatem potuerunt custodire. Quantitas enim discreta in minimo quidem finita est, sed in infinitum per maiora procedit. Porro continua tota quidem finita est, sed per infinita minuitur. Multiplicitatis quoque genus cum finem crescendi non habet, maxime sequitur naturam numeri. Superparticularitas autem quoniam in infinitum minorem minuit, proprietatem sequitur continue quantitatis. Minuit autem minorem, quia semper eum continet et eius vel dimidiam partem vel terciam vel quartam vel quintam. Nam semper pars a maiore numero denominata parva decrescit. Nam cum tercia a tribus denominata sit, quarta vero a quatuor, invenitur quarta potius quam tercia minor. Superpartiens vero quadam simplicitate discedit. Duas enim vel tres vel iiii[or] habet insuper partes, et a simplicitate discedens abundat quadam pluralitate. At in multiplicitate integritas se continet. Nam duplex bis habet totum minorem, triplex vero ter continet totum minorem, atque ad eundem modum cetera. Superparticularitas vero nichil integrum servat, sed vel dimidio superat vel tercia vel quarta vel quinta, sed tamen divisionem singulis ac simplicibus partibus operatur. Superpartiens vero inequalitas neque integrum servat neque singulas adiungit partes, atque ideo secundum Pitagoricos minime musicis consonanciis adhibetur. Ptolomeus tamen etiam hanc proportionem inter consonancias ponit. Ca. xxxi de proportionibus [illegible]

Illud tamen esse cognitum debet, quod omnes musice consonancie aut in duplici aut in triplici aut in quadrupla aut in sesqualtera aut in sesquitercia proportione consistunt. Vocabitur autem quidem que in numeris sesquitercia est, diatessaron in sonis; que in numeris sesqualtera, diapente appellatur. Que vero in proportionibus dupla est, diapason in consonanciis; tripla vero diapente ac

dyapason. Quadrupla qualis dyapason
proporcio itaque una vel longa naturaliter est facilius
quam eius duplum sensu vel animo generi parte
post dupli medietatem sequitur dimidium post di-
midium tripli post triplum partis tunc sequitur que
facilior est dupli despectio optima inefabilia
eius putat dyapason consonanciam post
hec dyapente que medium tenet hinc
dyapente dyapason que triplum tenet
secundum eundem modum formas quam dimidi-
tat. Ergo nunc lectoris fidei que proporcionum
quemadmodum ut arbitretur dyapason in du-
pla dyapente in sesquialtera dyatessaron in
sesquitercia. Dyapente ac dyapason in tri-
pla. Bis dyapason in quadrupla proporcio-
ne consistere. Tonum sesquioctavam facere propor-
cionem eumque in duo equa dividi non pos-
se sicut nullam eiusdem generis proporcionum
id est superparticularitatis. Dyatessaron etiam
consonanciam duobus tonis ac semitonio
consistere. Semitonia vero esse duo maius
ac minus. Dyapente ex tribus tonis ac
minore semitonio continere. Dyapason
ex quinque tonis ac duobus minoribus semi-
toniis compleri nec ad proporciones ullo modo
pervenire. Ca. xxx. Quod iudicium non sit dandum sensui sed amplius racioni

Sonus igitur est vocis emmeles id est ap-
tus melo in unam intensionem.
Sonum vero non generalem nunc volumus
diffinire sed eum qui greca dicitur ptongos
a similitudine loquendi. Intervallum vero
est soni acuti gravisque distancia. Con-
sonancia est soni acuti gravisque mixtura
suaviter uniformiterque auribus accidens.
Dissonancia vero est duorum sonorum sibimet
permixtorum ad aurem veniens aspera atque io-
cunda percussio. Nam dum sibimet mis-
ceri nolunt et quodammodo integer uterque
nititur pervenire cumque alter alteri officit ad
sensum insuaviter uterque transmittit. Consona-
ciam vero licet aurium quoque sensus diiudicet
tamen racio perpendit. Quociens enim due cor-
de uno graviore intenduntur simulque pulse red-
dunt permixtum quodammodo et suavem sonum due-
que voces in unum quasi coniuncte coalescunt
tunc fit ea que dicitur consonancia. Cum vero
simul pulsis sibi quisque ire cupit nec permis-
cent ad aurem suavem atque unum ex duobus
compositum sonum tunc est que dicitur dissona-
cia. Cum igitur ante comparacionem gravitatis atque
acuminis hec consonancias vocis est in nervis
que sibi commensurate sunt id est que notam
possunt consonanciam facere mensura. Pla-
to autem hoc modo fieri in aure consonanciam dicit.
Necesse est inquit velociorem quidem esse
acutiorem sonum. Hic igitur cum precesserit gravem
in aurem celer ingreditur offensaque extrema
eiusdem corporis parte quasi repulsus iterato
motu redit sed iam tardior et segnior nec ita
celer ut primo impetu emissus occurrit quo-
circa gravior fit sonus. Cum igitur iam segnior
rediens motus primum venienti gravi sono simi-
lis occurrit miscetur ei unamque ut dictum est conso-
nanciam miscet. Sed Nicomachus non arbitra-
tur verum, quod similium quidem esse consona-
ciam sed dissimilium potius in unam eandemque
concordiam venientium. Gravis enim non gravi
si misceatur nullam facit consonanciam quoniam
similitudo concordiam similitudo non
efficit sed dissimilitudo que cum distet in sin-
gulis vocibus copulatur in mixtis. Sed hinc
etiam potius in Nicomachi sentenciam racio vertitur.
Non inquit unus tantum pulsus est qui sim-
plicem modum vocis emittit sed semel per-
cussus nervus sepius aerem pellens multas
efficit voces. Sed quia ea velocitas est per-
cussionis ut sonus sonum quodammodo compre-
hendat distancia non sentitur et quasi una
vox auribus venit. Si igitur percussiones gra-
vium sonorum commensurabiles sint percussioni-
bus acutorum sonorum non est dubium quin ipsa
commensuratio sibimet misceatur unamque
vocum efficiat consonanciam. Ca. xxxi. Qualiter pitagoras consonanciarum proporciones investigaverit

Sed de his hactenus. Sit ita proponimus ut non omne
iudicium sensibus demus quamquam a sen-
su omne huiusmodi artis sumatur omne
principium. Nam si nullus esset auditus
nulla omnino disputacio de vocibus extitis-
set. Sed principium quodammodo et quasi admoni-
cionis vicem tenet auditus, postrema vero perfectio
agnicionisque vis in racione consistit que cer-
tis regulis sese tenens numquam ullo errore
prolabitur. Nam licet pene similiter acutum atque
gravis inter multa sensuum occasione produ-
cta sint nullum tamen iustius iudicium aut
nulla nervis est comprehensio si arbitrium
tamen attendas ipse cum sensibus eque na-
turis animique corporibus. Nam neque in-
nata sentire ipsa corporum sensibilium varietatem
per se magnitudinibus sepe confundi, ut in
vocibus quasi minime sunt difficilius cap-
tat auditus. Et si sint maxime quibus
sonitus intensione surdescit sed hec maxime
causa sunt cur velocitas aurium iudicia in-
tegritatis adiungatur in multa inquit sed
nullis huiusmodi artibus credens que partim
natura parte etiam consuetudine accidentibus
permutant quam veris variant etatibus.
Nullis etiam credendus instrumentis per eas
que sepe multa varietas atque inconstancia
nascetur. Nunc dum quod si inspicias aspice-
re vel aer humidior pulsus obtundet vel sicci-
or concitaret vel magnitudo forte corde

armoniam redderet preter unum acutum subtilior tinniret vel alio quodam statum paris constancie perturbaret cumque idem esset in ceteris instrumentis omnium [illegible] commixtis secum diu estuans inquirebat qua racione firmiter constans consonanciarum inventa discerneret. Capitulum xxvi. Adhuc de eodem et de cimbalis etc.

Cum itaque diuino quodam nutu preteriens fabrorum officinas pulsos malleos audivit ex diversis sonis unam quodammodo concinentiam consonare. Ita igitur ad id quod diu inquirebat attonitus accessit ad opus diuque considerans arbitratus est diversitatem sonorum ferientium vires efficere atque ut apercius colligeret mutare inter se malleos imperavit. Sed sonorum proprietas non in hominum lacertis herebat sed mutatos malleos comitabatur. Ubi igitur id animadvertit malleorum pondus examinat. Et cum quinque essent forte mallei dupli reperti sunt pondere qui sibi secundum diapason consonantiam respondebant. Eundem etiam qui duplus esset alio sesquitercium alterius comprehendit ad quem scilicet diatessaron sonabat. Ad alium vero quendam qui eidem diapente consonantia iungebatur eundem superioris duplum repperit esse sesqualterum. Duo vero hii ad quos superior duplus sesquitercius et sesqualter probatus est ad se invicem sesquioctavam proporcionem perpensi sunt custodire. Quintus vero est reiectus qui cunctis erat inconsonans. Cum igitur ante Pitagoram consonancie musice partim diapason partim diapente partim diatessaron que est consonancia minima vocarentur primus Pitagoras hoc modo repperit qua proporcione sibimet huiusmodi sonorum concordia iungeretur. Et ut sit clarius quod dictum est sint verbi gratia malleorum iiii pondera que subter scriptis numeris contineantur xii. ix. viii. vi. Hii igitur mallei qui xii et vi ponderibus vergebant diapason in duplo concinentiam personabant. Malleus vero xii ponderum ad malleum ix et viii ponderum ad vi secundum epitritam proporcionem diatessaron consonanciam iungebatur. Novenarius vero ponderum ad vi et xii ad viii diapente consonanciam perficiebat. Novem vero ad viii in sesquioctava proporcione resonabant tonum. Capitulum xxvii de [illegible] vocibus etc.

Hinc igitur domum reversus varia examinacione perpendit an in hiis proporcionibus racio symphoniarum tota consisteret. Nunc quidem equa pondera nervis aptans eorumque consonancias aure diiudicans, nunc vero in longitudine calamorum duplicitatem medietatemque restituens ceterasque proporciones aptans integerrima fide diversa experiencia capiebat. Sepe etiam pro mensurarum modo cyatos equorum ponderum acetabulis inmittens, sepe ipsa quoque acetabula diversis formata ponderibus virga vel erea vel ferrea percuciens nichil se diversum invenisse letatus est. Sicut etiam ductus longitudine crassitudineque cordarum ut examinaret aggressus est. Itaque invenit regulam que post vocabulum sumpsit eo quod hiis inspectis firma [illegible] instrumentum [illegible] dubio fallat iudicio. Petrus Comestor in hystoria scolastica. Iubal filius Lamech hic fuit pater canencium cythara et organo, non instrumentorum quidem que longe post inventa sunt, sed inventor fuit musice i. consonanciarum ut labor pastoralis quasi in delicias verteretur. Et quia audierat Adam prophetasse de duobus iudiciis ne periret ars inventa scripsit eam in duabus columpnis in qualibet tantum, una marmorea alia latericia, quarum altera non dilueretur diluvio, altera non dissolveretur incendio. Marmoream dicit Iosephus adhuc esse in terra Syria. Tubal cayn frater eius ferrariam artem primus invenit, res bellicas decenter exercuit, sculpturas operum in metallis in libidinem oculorum fabricavit. Quo fabricante Iubal de quo dictum est sono malleorum delectatus ex ponderibus eorum proporciones et consonancias que ex eis nascuntur excogitavit, quam inventionem greci Pythagore attribuunt fabulose. Ex [illegible] i libro. Capitulum xxviii de vocum [illegible] auditum.

Hinc vocum diversitas colligamus. Omnis vox aut est continua aut cum intervallo suspensa. Et continua quidem est qua loquentes vel prosam vel orationem legentes ulla [illegible] formant. Cum tunc vox non sistit in acutis et gravibus sonis sed quam velocissime ultra [illegible] [illegible] [illegible] cum velocitas [illegible] aut [illegible]. Illa autem est ea quam [illegible] suspendimus in qua non potius [illegible] modulis [illegible]. Est quoque vox [illegible] [illegible] varietates [illegible] faciens intervallo non taciturnitatis sed suspense ac tarde [illegible] cantilene [illegible] [illegible] [illegible] additur [illegible] que medias vocis possit includere [illegible] [illegible] [illegible] vocis continue [illegible] ut [illegible] vocis suspense [illegible] [illegible] ut vocis cantilene que continua vox [illegible] [illegible] [illegible] cantilenam [illegible] naturaliter quidem infinite sunt. Considerancie [illegible] [illegible] [illegible] est [illegible] [illegible] sonorum fit vel acuminibus attollendi vel gravitatibus [illegible] [illegible] [illegible] natura [illegible] fecit proprium finem. Cantilene [illegible] [illegible] [illegible] fecit [illegible] [illegible] nulla [illegible] [illegible] [illegible] tantum

cui remissiores laxat continue gutturum vocalis spiritus sunt. Tunc vocis natura sonum remissum facit que acutam corporis motum grave quod detinuit. Tantum enim remissiores vel acutum valet protendere vel protollere vel deprimere gravitatem gutturum vocis cuius naturalibus patitur modus.

Ca. xxviii de modo audiendi sit formandi auditus

